33. ἐκέρδαναν cum Schmid. ut medium α producatur; vulgo ἐκέρδανον. 34. φορμίγγεσιν vett. edd. usque ad Morell. qui metri curam habuit et primus —σιν scripsit. 37. Erat πρόσβαλλον. πρόσβαλον in tertio coli trochaici loco Schmid. recte ad metrum, et debebant ei obtemperare Oxon. Ad σεβιζόμενοι Scholiastes: τοῖς δὲ σοφοῖς ἀνδρισάμενοι παρίσχοντο τὴν τῶν ἐγκωμίων φροντίδα, h. e. ἀνδραγαθοῦντες. Interpungebatur πρόσβαλλον σεβιζόμενοι. ἐν μὲν — 39. Οἰνεῖδαι ante Schmidium, simili vitio ac iv. 88. Καδμεῖαι, ubi Pauwius suspicabatur, Dores ita loqui, et h. l. similiter Οἰνείδαι fuisse. 43. -κεος Dorieum reponit Pauw.

*dem per carmina consequuti sunt, alii quidem aliis ex gentibus, ex Æginetis autem Æacidæ.*—36. μελίταν δὲ σοφισταῖς, *argumentum carminis poetis præbuerunt*, πρόσβαλον, σεβιζόμενοι ἐν μὲν Αἰτωλῶν Θ. debebat sequi: ἐν δὲ Θήβαις Ἰόλαος sc. σεβιζόμενος; hoc mutavit γέρας ἔχει. Utrumque de honoribus divinis seu heroum, quibus affecti sunt.

44. μεγαλήτορες ὀργαὶ, *virtus, magnanima mens.*—45. σὺν μάχαις pro ἐν μάχαις, διὰ μαχῶν.

48. ἔλα νῦν. Pro vulgari:

Λέγε, τίνες Κύκνον, τίνες Ἕκτορα πέφνον,
Καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον
Μέμνονα χαλκοάραν·
Τίς ἄρ' ἐσλὸν Τήλεφον
Τρῶσεν ἐῷ δορὶ Κα-
πάνου παρ' ὄχθαις.

Σ. γ'. κ. ϛ'.

Τοῖσιν Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν
Διαπρεπέα νᾶσον. Τετείχισαι δὲ πάλαι
Πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν.
Πολλαὶ μὲν ἀρτιεπὴς
Γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων
Κελαδῆσαι· καὶ νῦν ἐν ἄρει

52. τὶς γὰρ ἰ. Vulgo lectum ante Schmid. qui metrum sanavit per τίς ἄρ' ἰ. Cratander ediderat: τίς δ' ἄρ' ex Schol. puto. 55. Αἰγίναν. Videtur mediam corripere, si antitheticos compares. Quod hoc quidem loco necesse non est statuere; at v. inf. Isthm. viii. 36. 122. προφεύει, quod Portus interpretatur, (v. Schmid.) non ex scripto aliquo codice petitum, sed sphalma est ed. Commel. natum ex attrito charactere τῦ ϱ in Steph. pr. 56. διαπρεπέα una syllaba. τετείχισαι Mingarell. supplebat ὡς, ut subjectum sit Ægina. Equidem continuo orationem usque ad v. 65. sqq. *Jamdudum cumulus præclarorum facinorum Æginetis eductus est altissimus; multa etiam habeo carmina in promptu*, etc. τοξεύματα, *laudes*. 59. περὶ κείνων scil. de Æginetis v. 55. recte Schmid. cum Cratandr. et Ald. κεῖνον invexit Romana. 60. κε-

*Possem nunc commemorare— Age nunc mihi currum tuum, ὁ Musa, per campum.* Meminimus Δίφρον Μοισᾶν sup. ii. 3.

51. χαλκοάραν, *ære cæsum*, ut modo iv. 108. vidimus.

55. ἐκεῖνοι (ἔπεφνον) ὧν πάτραν —etsi de uno Achille accipiendum.

56. Subtumidior oratio. Τετείχισαι, *exstructa est*, πάλαι πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς (πύργος ὑψηλὸς ἀρετῶν ὅτι) ἀναβαίνειν (τινὰ δεῖν αὐτὸν), *ut ascensu opus sit. Maximas dudum laudum suarum copias sibi paraverunt.*

58. πολλαὶ μὲν—respondet 65. ἀλλ' ὅμως. Γλῶσσα ἀρτιεπὴς, *diserta*. 60. Salamis servata bello Persico ab Æginetis: (nam hi sunt ναῦται 62. ὑπὸ ναυτῶν. Vulgari oratione: ὑπὸ τῶν Αἰγινητῶν.) qui in pugna Salaminia τὰ ἀριστεῖα tulere: v. Herodot. et Ephorus in Schol.

Μαρτυρήσαι κεν πόλις Αἰ-
ακτος, ὀρθωθεῖσα ναύταις

A. γ'. K. ϛ'.

Ἐν πολυφθόρῳ, Σαλαμὶς, Διὸς ὄμβρῳ,
Ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.
Ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ.
Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει,
Ζεὺς, ὁ πάντων κύριος. Ἐν δ' ἐρατεινῷ
Μέλιτι καὶ τοιαίδε τιμαὶ
Καλλίνικον χάρμ' ἀγαπά-
ζοντι. Μαρνάσθω τις ἔρδων

E. γ'. K. ια'.

Ἀμφ' αἰθλοισιν, γενεὰν Κλεονίκου

λαδέμεν recte emendat Schmidius, Pauwio nec renitente, ut respondent antitheticis. Ἄρειϊ male ante Schmid. 65. κατέβραχε Ald. 66. τάδε καὶ τὰ Mingarell. victorias et in bello et in certaminibus: vid. notam. 68. τοιαῖδε male edd. Rom. cum al. præter Ald. Crat. et Schmid. Sed sensum non videntur assequi intpp. qui, si rectum video, hic est: Habebat res Æginetarum bello præclare gestas, quas celebrare poterat. Sed eas seponit, omittit, καταβρέχει, *mergit, opprimit* silentio. Interca καὶ τοιαίδε τιμαὶ (*victoriæ* etiam *hæ*, h. etiam hoc honorum genus ex agonibus) ἀγαπάζοντι καλλίνικον χάρμα ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι, *non minus amant hymnos epinicios dulces.* χάρμα ἐν μέλιτι pro μελιτόεν, ut ἵππος ἐν ἅρματι, ἀγῶνες ἐν αἴθλοις, ἵππος ἐν πτεροῖς. Monuit quoque Pauw.

65. *Nec tamen temere gloriandum de his: nam beneficio divino debentur.*—66. τάδε καὶ τὰ, τὰ φαῦλα καὶ τὰ ἀγαθὰ vid. sup. Pyth. vii. fin.

67. *Verum hæc quoque decora, quæ e certaminibus proveniunt, poscunt hymnum.* Χάρμα καλλίνικον ἐν μέλιτι, h. e. μελιτόεν: v. var. lect.

70. *Certet mihi aliquis*, h. e. *nemo, qui gentem Clenici noverit, contendat facile cum ea de numero victoriarum. Nec enim certaminum, quæ illi subierunt, memoria oblivione deleta est, neque impensæ in ea factæ obliteratæ sunt hominum memoria.* Ἀμφ' αἰθλοισιν, pro victoriis. Etsi et hoc aliud esse debuit, si quis multa certamina obierat. 73. μόχθος ἀνδρῶν pro αὐτῶν, τῶν ἐκ γενεᾶς Κλεονίκου. Et μόχθος certamina respicit, ut πόνος.

Ἐκμαθών. Οὔ τοι τετύφλωται μακρὸς
Μόχθος ἀνδρῶν· οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
Ἐλπίδων, ἔκνισ' ὄπιν.
Αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις

74. ἔκνιζ' Ald. Morell. ἴκνιξ' Rom. Brub. cum Schol. utrumque metrum respuit, et recte Crat. ἴκνισ', quod Steph. Schmid. Oxon. sequuntur, ex iisdem Scholiis: ubi tamen Aristarchus ἴκνισα, alii ἴκνισι pro ἴκνισαν scil. δαπάναι accipiebant: neutrum commodo sensu. Nec felicius recentiores intpp. οὐδ' ἴκνισιν ὄπιν, ὁπόσαι δ. i. sc. ἰγίνοντο, *neque, quanti sumptus spei fuerint, molestia affecit curam eorum.* Pauw. emendat ἴκνισ' ὄπις, sed sensum multo minus expedit: *neque sumptus, quos fecerunt ingentes spebus suis, abrasit aut vellicavit vindicta,* ὄπις, *inimicorum odium, lingua maledica.* Hoc vix quisquam aut percipiet satis aut probabit. Sententia, si totum teneas, sic procedere debet a v. 70. Contendat mihi nunc aliquis in certaminibus cum Cleonici stirpe, ubi audiverit, quantum studium illi in re athletica posuerint. Nec vero utique labor virorum per tam longum tempus insumptus obliteratus est, *nec dum memoria excidit, quantæ impensæ ab iis factæ sint ad consequenda vota sua* sc. victorias in certaminibus. Ex sententiarum contexto igitur κνίζειν ὄπιν debet esse, *curam, qua observamus, recordamur aliquid, atterere, imminuere, extinguere:* quod a vulgari usu recedit: v. not. Venit in ultimis Pytheæ memoria in animum: 75. *laudo Pytheam quoque,* etc. Tam abrupti orationis, inprimis laudum, transitus lyrico satis frequentes, et ad aliptas aliquoties occurrunt, ut de Orsea fine Odæ sup. et de Melesia, N. vi. 108. iv. 158. sqq.

73—4. οὐδ', ὁπόσαι δαπάναι ἐλπίδων, ἴκνισ' ὄπιν. Sane, ut in var. lect. exposui, κνίζειν habet hanc vim, ut sit *pungere, fricare, excitare,* θυμὸν, μνήμην, ergo et ὄπιν. Sic *amor,* seu *studium* κνίζει φρένας, Pyth. x. 94. κνίζει κόρος, Pyth. viii. 44. *dolor,* Ol. vi. 75. *jucunditas* et *gaudium,* Isthm. vi. 74. Alio modo *dicta excitant indignationem,* κνίζουσιν ὀργὴν, Nem. v. 59. Est igitur usui consentaneum, ut etiam h. l. sit: *memoriam refricat, animum memorem vellicat,* animis inhæret adhuc. Ita tamen dura est oratio; et obstat οὐδ', quod esse deberet οὐδ' affirmative. Si itaque οὐδ' servatur: οὐδ' ἴκνισ' ὄπιν alio sensu est accipiendum: *non erasit memoriam ex animo,* non obliteratum est, ὅσαι δαπάναι ἰγίνοντο ἐλπίδων, *quæ factæ sint impensæ in vota,* h. e. in victorias speratas. Esset adeo κνίζειν h. l. ἀποκνίζειν, ἀποκναῖν, *abradere, delere, expungere.* Mingarellus hoc omisso tentabat alterum: οὐδ' ὁπάσαι δαπάνας l. δαπάνᾳ. Ἐλπίδων, *votorum,* pro certaminibus.

75. αἰνέω καὶ — *Complector hymno meo quoque Pytheam*

Φυλακίδα τὼ λαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι·
Χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀντίπαλον.
Λάμβανέ οἱ στέφανον·
Φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν·
Καὶ τὸ τερόεντα νέον
Σύμπεμψον ὕμνον.

76. Mingarelli accipiebat (ὦ) Φυλακίδα, vel σὺν Φυλακίδᾳ. 79. φέρε δ', malim σ'. 80. νόῳ qui legat, Aldus est. Sed ad νέον vid. Ol. ix. 73—5. Mingarellus ὕμνον νέον intelligebat *Nemeam quintam*, missam una cum hac. Ita illa scripta esset in solum Pytheam; quod colligit ex Isthm. vi. 5. quæ in utrumque scripta sit.

*stipten*; inter, *præ aliis pugilibus*. Erat is frater natu major.—Εὐθυπορῆσαι, iterum pro participio εὐθυπορήσαντα. Et nescio an præstet, εὐθυπορῆσαι, χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀ. jungere: ut sit δεξιὸν (ὄντι) εὐθυπορῆσαι.—77. νόῳ ἀντίπαλον vel firmo et constante animo acriter pugnantem, vel prudenter et circumspecte. Nisi malis ἀντίπαλον accipere *purem*, *æquitalem*, aliis *solertia*. Νοῦς, quod iv. 79. μῆτις. 78. O Phylacida, communica victoriæ laudem cum fratre.

# ΙΣΘΜΙΑ.

## Εἶδος ε'.

# ΦΥΛΑΚΙΔΑ,

(ΕΝ ΠΑΙΣΙ.)

---

### ARGUMENTUM.

LAUDES victoris cum gratulatione et bonis votis.—28. Excurrit poeta in fabulas de Telamone ejusque filio Ajace, pro quo Hercules preces fecerat cum bonis auguriis.—82. Victoriæ cognatorum et tribulium—ad f.

Σ. α'. Κ. ηγ'.

ΘΑΛΛΟΝΤΟΣ ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου,
Δεύτερον κρατῆρα μοισαίων μελέων

Perperam grammatici et hic tria nomina præscripserunt, Φυλακίδᾳ, Πυθέᾳ, Εὐθυμένει μάτρωϊ, ut et alibi, v. c. Ol. viii. Carmen celebrat Phylacidam victorem pancratio Isthmiis. Exspatiatur deinde poeta, ut solet, in laudes cognatorum. Tempore præcedere debuit hæc ode quintam, ut jam ab intpp. observatum est, quandoquidem v. 7. unam tantum Isthmiam victoriam memorat: si post quintam Oden scripta esset sexta, debuisset hæc victoria esse altera. 2. μοισῶν (ex μουσεῖος pro vulg. μουσικὸς) Bened. et Pauw. legendum esse monuerant. Grammatici veteres μουσικῶν ἀγωνῶν interpretantur. Vulgata erat lectio: μοισίων. Schmidius perperam Μουσάων emendavit. Parum aberat, quin κρατῆρα

1. Iterum hymnum cum potione comparat. *Ut in convivio quod cum maxime celebratur*, θάλλοντος, ἀκμάζοντος. 5. πρῶτον sc. κρατῆρα, *miscuimus tibi, ὁ Jupiter, propter Nemeam victoriam*: scil. in honorem Jovis hymnum sum mo-

Κίρναμεν Λάμπωνος εὐά-
ϑλου γενεᾶς ὕπερ. Ἐν Νεμέᾳ
Μὲν ϖρῶτον, ὦ Ζεῦ, τὶν, ἄωτον
Δεξάμενοὶ ϛεφάνων·
Νῦν αὖτ' ἐν Ἰσϑμῷ, δεσπότᾳ
Νηρεΐδεσσί τε ϖεντή-
κοντα, ϖαίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος. Εἴη δὲ τρίτον
Σωτῆρι ϖορσαίνοντας Ὀλυμ-
πίῳ Αἴγιναν κατα-
σπένδειν μελιφϑόγγοις ἀοιδαῖς.

A. α'. K. ργ'.

Εἰ γάρ τις ἀνϑρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς
Καὶ ϖόνῳ ϖράσσει ϑεοδμάτους ἀρετὰς,
Σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει

Μοισαῖον reponerem haud timide. Nam sic jam scriptum vidimus Nem. viii. 80. inf. Isthm. viii. 134. Μοισαῖον ἅρμα, λίϑον Μοισαῖον. 5. τὶν ne produci necesse sit, Schmid. conj. τεὶν, ut binæ breves pro una longa sint. Pauw. τὶν γ'. 7. ἐν Ἰσϑμῷ Ald. Rom. emendavit Crat. 8. Νηρεΐδεσσι Schmid. ex Ald. et Cratandr. pro quo al. Νηρηΐδεσσι adversante metro. 10. τρίτατον Schmid. qui male descripsit metrum coli, quod trimetrum trochaicum est, ut Pauw. cf. v. 23. 47. 60. 84. 97. quibus in versibus cum in prima et tertia sede interdum tribrachys pro trochæo sit, tribrachyn ubique inferre voluit Schmidius. 16. Argutantur et h. l. intpp. σύν τε—φυτεύει, συμφυτεύει, est ἐπιφύει, περιποιεῖ, ut toties apud Pindarum: cf. Nem. iv. 96.

dulatus. Potest esse Carmen Nem. v. scriptum; etsi etiam Phylacidas Nemeis vicerat, ut Isthm. v. 22. memoratur, et carmen in eum scriptum esse potuit. Δεξάμενοι. Poeta decus Pytheæ sibi communicat. 7. *Nunc poculum misceo* (hymnum condo) *Neptuno et Nereidibus propter Isthmiacam Phylacidæ victoriam.* 10. *Utinam obtingat etiam celebrare victoriam Olympicam.* Comparat tertium carmen cum libatione Jovi Servatori sub convivii finem fieri solita. Dicuntur autem pocula *diis misceri*, quatenus iis *libatur*.

14. Eadem sententia, quæ sup. v. 17. seq. i. 58. seq. et sæpe antea fuit lecta.

Δόξαν ἐπήρατον· ἐσχατιαῖς
Ἥδη ποτὶ ὄλβου βάλλετ' ἄγκυ-
ραν θεότιμος ἐών.
Τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται
Ἀντιάσαις αἶδαν γῆ-
ρᾶς τε δέξασθαι πολιὸν
Ὁ Κλεονίκου παῖς. Ἐγὼ δ' ὑψίθρονον
Κλωθὼ κασιγνήτας τε προσεν-
νέπω ἕσπεσθαι κλυταῖς
Ἀνδρὸς φίλου Μοίρας ἐφετμαῖς.

E. α'. K. ια'.

Ὕμμε τ', ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι,

17. ἰσχατιᾶς invexit Romana. ἰσχατιαῖς primus Morell. dedit, ex Schol. puto. Aldus ἰσχατιὰς edidit, nec ipsum male. 23. ὑψίθρονοι αὖ Schmid. ex prava de metro concepta opinione: v. ad 10.— 25. κλυταῖς a Schmidio restitutum erat; Oxonienses revocaverant vulgatum κλυταῖσιν, quod metrum haud admittit. In capite quoque colon peccabat: νίπω σπίσθαι. Ionicus debet esse u u - -. Schmidius: κ. κ. τι ποτι- νίπω, σπίσθαι κλυταῖς. Pauw. laxum hoc et ingratum pronuntians emendat: προσιν- νίπω ἵσπεσθαι κλυταῖς, aut, si idioma in προσιν- νίπω restituendum sit, ποτιν- vel ποτι- νίπω. Sequor prius, quod statim hærenti ad metrum in animum venit. 26. In Μοίρας tricantur intpp. Pauwius quoque exponit: *sequi* ut *Parcas*. Sed verborum ordo faciendus erat hic: ἐγὼ δὲ προσινίπω (invoco) Κλωθὼ κασιγνήτας τε Μοίρας, (ὥστε αὐτὰς) ἵσπεσθαι ἐφετμαῖς κλυταῖς φίλου ἀνδρὸς, *ut obtemperent precibus*, (nam ἐφετμαὶ sunt εὐχαὶ,) exaudiant Lampronem hoc unum in votis habentem, ut summum honorum ex agonibus fastigium consequatur. ἵπτεσθαι pro *adesse*, frequens Pindaro; et Μοῖρα ἵππιτας etiam Pyth. x. 26. μοίρας pro ipsis hominum fatis poetæ dici posse non puto; sed tum μοῖρα solenne est. Alioqui jungi possent: *Invoco Clotho et sorores*, ὥστε τὰς μοίρας (fortuna

18. βάλλιτ' l. βάλλιτο l. βάλλεται.

20. *Lampon in hisce studiis consenescere cupit.* Ἀντιάσαις potest et ad sequens referri, δέξασθαι ἀντιάσαις, h. ἀντιάζειν καὶ δέχισθαι ἐν τοιαῖσδε ὀργαῖς. Et ἀντιάσαις τοιαῖσδε ὀργαῖς jungi potest: *his studiis utens, in iis versans.*

24. Κλωθὼ κασιγνήτας τε, Μοίρας—ἵσπεσθαι ἐφετμαῖς, exaudire preces.

27—8. *Esse mihi legem im-*

Τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον εἶναι,
Τάνδ' ἐπισείχοντα νᾶσον
Ῥαινέμεν εὐλογίαις.
Μυρίαι δ' ἔργων καλῶν
Τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι,
Καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν,
Καὶ δι' Ὑπερβορέους. Οὐδ' ἔστιν οὔτω
Βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις,
Ἄτις οὐ Πηλέος αἰεὶ κλέος
Ἥρωος, εὐδαίμονος γαμβρῷ θεῶν.

Σ. β'. Κ. ιχ'.

Οὐδ' ἄτις Αἴαντος Τελαμωνιάδα
Καὶ πατρός· τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
Ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι

Lampronis) σπίσθαι, vel ἔσπισθαι, ἱφετμαῖς, *ejus votis respondeat.* Sensum bene reddidit Schol. 29. ἐπισείχοντι legit Benedictus sine causa idonea. 32. ἐν σχιρῷ recte scriptum statim in Rom. Aldus: ἐν χιρῷ. V. sup. ad Nem. i. 106. Bene Schol. ὁδοὶ μεγάλαι (nam ἑκατόμπεδοι ex πέδον pro πούς, *centum pedes latæ*, Il. Ψ'. 164.) καὶ κατὰ τὸ ἐξῆς φέρουσαι *per totum terrarum orbem*, v. 33, 4.— 33. πέρα invexit Romana. πέραν Cratandrinam tantum habere, perperam prodit Schmidius; sed ita Ald. tum Steph. altera cum omnibus edd. quæ inde fluxerunt. Fuit Porphyrii liber περὶ τῶν κατὰ Πίνδαρον τῆ Νείλου πηγῶν, ut ap. Suidam lectum. Non potuit hic locus satis materiæ suppeditare; et debuere esse alia loca in carminibus perditis. 36. Πηλέος-Ald. Πηλέως Romana induxit; ad idem redit utrumque, est enim synizesis facienda. Argutatur Pauw. ne Schmidius usquam sapere videatur.

*mutabilem.* De re vid. ad Isthm. v. 24. sq. *laudare Æacidas, quotiescunque hanc insulam attingo*, mentionem ejus facio. L. ὑμνῶ δ'.

31. Latissime fama rerum ab Æacidis gestarum sparsa est per orbem terrarum. Similis locus Nem. vi. 75. sq. κέλευθοι, quibus factorum clarorum gloria diditur: ut sup. iv. 2. Ἑκατόμπεδοι simplic. *latæ*, ἐν σχερῷ, *continuo tractu*, de viis continuis. Τέτμηνται pro sunt. Καὶ πέραν N. καὶ—usque ad extremum Austrum et Septentrionem, ut sup. ii. 61, 62. Similiter Euripid. Androm. 650, 1.—35. παλίγγλωσσος, τὴν γλῶσσαν ἀλλάκτου. Πόλις pro populo. 36. αἰεί, ut ἀκούω, novit, ex auditu tenet.

Πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροίαν,
Ἥρωσι μόχθον, Λαομεδοντί-
αν ὑπὲρ ἀμπλακίαν,
Ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος.
Εἶλε δὲ Περγαμίαν, πάφνην δὲ σὺν κείνῳ Μερόπων
Τ' ἔθνεα, καὶ τὸν βουβόταν οὔρεϊ ἶσον,
Φλέγραισιν εὑρὼν, Ἀλκυονῆ,
Σφετέρας δ' οὐ φείσατο
Χερσὶν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς

Ant. β'. κ. ιγ'.

Ἡρακλέης. Ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων
Ἐς πλόον κάρυξε πάντων δαινυμένων.

41. ἐς Τροίαν ᾗ. editi ante Schmid. jugulato metro. Idem ἐς Τροίαν, ut ipsum dactylum haberet. 42. μόχθον Steph. intulit et σύμμαχον μόχθων junxit. Sed Troja est ἥρωσι μόχθος. Mox vel synizesis facienda in Λαο. vel legendum, quod Schmid. conjicit et Pauw. praefert, Λαομεδοντί- 45. εἶλε δὲ ante Schmid. 47. οὔρει tribrachys pro trochaeo, vel scrib. οὔρι, ac potius ὄρει: v. ad 10. 49. Parva mutatione libenter possit sententia: εἶλε—πάφην δὲ—σ' ἔθνεα· καὶ τὸν βουβόταν—εὑρὼν Ἀλκυονῆ, Σφετέρας οὐ φείσατο νευρᾶς Ἡρακλέης. 52. κήρυκα Ald. possit sic jungi: κήρυσσε καλέων, ἔντυχε καλῶν, sed metrum repugnat. κήρυσσε Rom. emendato κήρυξε Cant.

42. μόχθον sc. οὖσαν. Ἀμπλακία h. l. fraus.

45. εἶλε δὲ Hercules. Σὺν κείνῳ Telamone ex 39. πατρὸς, *Meropes* Coi Nem. iv. 42. ubi et 44. Alcyoneus: v. Apollodor. not. p. 74. 49. ὃν ἔπεφνε σὺν οἷς.

48. Praestat post Ἀλκυονῆ minorem interpunctionem ponere pro majore, quae olim erat, et continuare sententiam usque ad Ἡρακλέης. 49. οὐ φείσατο νευρᾶς τόξου, adhibuit arcum et eum trajecit sagitta.

51. ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων ἐς πλόον, κάρυξε πάντων δαινυμένων. *Sed tum, cum Telamonem vocabat ille* (Hercules) *ad sociam navigationis, dixit inter omnes qui convivantes aderant; in medio convivantium.* Sequentia sunt in parenthesi; et redit ad ea, quae κάρυξε, *dixit*, v. 60. ὁ δ'—αὔδασε. Venerat in insulam Æginam Hercules, ut ad expeditionem in Laomedontem, invitaret Telamonem: χαλκοχίτωνα ἐς πόλεμον 39. profectus, Tirynthe, ubi copias collegerat, ut v. 40. apparet.

Τὸν μὲν ἐν ῥινῷ λέοντος
Στάντα κελήσατο νεκταρέαις
Σπονδαῖσιν ἄρξαι καρτεραίχμαν 55
Ἀμφιτρυωνιάδαν,
Ἄνδωκε δ' αὐτῷ φέρτατος
Οἰνοδόκον φιάλαν χρυ-

etsi debuit καίρυξι a Pindaro efferri. Exponi potest varie: vel καλέων ἰκαίρυξι simpl. pro ἰκάλιι, vel καίρυξι simpliciter dictum est pro ἴφη. Tum πάντφ suspectum, etiam Pauwio, qui conjecit, quod et nobis in mentem veniebat: κίρυξιν αὐτῶν δαιτυμόνων. Ex Schol. apparet, jam olim Aristarchum cum aliis hæsisse in hoc loco, quem inter splendidissima Pindari refero. Herculem intellige se conferre ad Telamonem, ut ad navigationem secum suscipiendam eum invitet. Ingressus domum Telamonem invenit epulas celebrantem: (ut fere fit in heroum vita. Sic Telemachus Nestorem, Od. γ'. 32. sqq. et Menelaum, Od. δ'. 3. sqq. offendit:) adstat repente heros leonis spoliis indutus. Pro veteris vitæ more, ex Homero satis noto, statim Telamon offert hospiti, antequam cum ceteris accumberet, pateram vino plenam, ut libationem faciat (vide v. c. Od. γ'. 41. sqq.) et bibat, tumque ipse accumbat mensæ. Libando heros facit vota ad Jovem patrem, ut Telamoni, qui adhuc domum habebat prole vacuam, eaque de causa navigationis societatem detrectare poterat, filius nascatur. Hac narratione utitur poeta, ut simul de Ajacis virtute indicium et existimationem faciat. Esse eam ex μεγάλαις ἠοίαις Hesiodi petitam Scholiastes auctor est. Occurrit quoque ap. Apollod. iii. 11. 7. Tzetz. ad Lycophr. 455. et Schol. Sophocl. Argum. Ajac. 849. Paulo aliter fabula fuit tractata ab aliis, ut jam natum Ajacem leoninis exuviis involutum manu sustulerit et preces fecerit Hercules: (v. Lycophron, v. 455. sqq. Schol. ad Iliad. Ψ'. 821. repetiit Philostr. Heroic. xi. 1.) quod argumentum nobilis in Hortis Vaticanis signi ex marmore, quod Commodum cum puero manui insidente vulgo edebant, esse Winkelmannus Monument. inedit. tom. i. p. 99. conjectabat: idemque nummis expressum Juliæ Domnæ et Anthemii. Venia esto, in tam longo per salebrosos criticæ anfractus cursu semel nos ad amœniora viridia de via deflexisse.

53. Præclare seqq. narrata propter ἐναργειαν. 55. σπονδαῖσιν ἄρξαι. Exquisitius ἄρξαι absolute σὺν σπονδαῖς, pro vulgari ἄρξαι σπονδῶν. Mox φιάλαν χρυσῷ περιφερῆ int. *auream asperam signis*, anaglyphis. Mirum in hoc hæsisse Aristarchum in Schol. Sequentia a v. 60. puta poculo in manus sumpto inter libandum ab Hercule stante pronuntiari. 61. Fecit has preces. 63. θυμῷ θέλων, *propitius*.

σῷ περφρικυΐαν Τελαμών.
Ὁ δ' ἀνατείνας οὐρανῷ χεῖρας ἀμάχους
Αὔδασε τοιοῦτον ἔπος· εἰ
Ποτ' ἐμὰν, ὦ Ζεῦ πάτερ,
Θυμῷ θέλων ἀρὰν ἄκουσας,

Ε. β'. Κ. ια'.

Νῦν σε, νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις
Λίσσομαι παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας
Ἀνδρὶ τῷδε, ξεῖνον ἀμὸν,
Μοιρίδιον τελέσαι·
Τὸν μὲν ἄῤῥηκτον φυὰν,
Ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται
Θηρὸς, ὃν πάμπρωτον αἐθλων

54. καλήσαντο Ald. quod vel metrum refellit. 60. ὁ δ' ἀνατείνας pro ἀντ—, metro exigente, Schmid. 60. τοιοῦτόν τι ἔπος invexerat Rom. τοιοῦτόν τ' metro quidem consentaneum, sed copula importune adnexa, ex Aldo repetiit Schmidius. τοιοῦτό τι ἔπος Mingarellus; posse enim iambicum in tertia sede habere dactylum pro spondeo. Sustuli insertum male τ', forte fuit quoque τοιοῦτο ἔπος, cum hoc olim per digamma pronuntiatum fuerit. 63. αὐχὰν conj. Schmidius primam in ἀρὰν brevem esse videas in loco, quem Antithetici longa syllaba explent. Est tamen colon Iambicum. 64. θεσπισίαν Rom. Brub. 66. ξεῖνον ἐμὸν sc. γενησόμενον τὸν παῖδα nondum concoquo: etsi video esse quod in altera veteris grammatici ratione non minus desideres: καὶ λίσσομαί—σε τὸν ἐμὸν φίλον Τελαμῶνα εὐτυχῆ τελέσαι. Malim usquam legi: ἀνδρὶ τῷδε, ξείνῳ ἀμῷ, quod corrumpi potuit inter cetera quarto casu posita. Mox probem etiam, τὰν μὲν—φυάν: ut sit: ἄῤῥηκτον μὲν (κατὰ) τὴν φυήν, ὥστε, etc. Θυμὸς δ' ἰσόθω, *animi virtus et fortitudo par esto corporis robori.* 69. Argutatur Pauw. ὥστε τόδε δέρμ', ὅ με νῦν περιπλανᾶται. Quod poeta posuit, exquisitioris artis et vere lyricum est. Pro μὲ νῦν Ald. et Rom. cum Brubach. corrupte μίμνει. In Crat. Ceporinus emendavit μίμνειν, hoc Morell. sequitur. μὲ νῦν præclara est Stephani emendatio.

64. λίσσομαί, σε τελέσαι ἀνδρὶ τῷδε παῖδα μοιρίδιον, *dare ei prolem a fato imperatam.* Ξεῖνον ἐμὸν, v. var. lect. et 68. haud dubie τὰν μὲν—φυάν.—69. ὥστε—Ornata fabula ab aliis v. Lycophr. 455. sq. Forte jam tum spem prolis ex uxore suscipiendæ habebat.

Κτεῖνά ποτ' ἐν Νεμέᾳ· θυμὸς δ' ἐπέσθω.
Ταῦτ' ἄρα οἱ φαμένῳ πέμψεν θεὸς
Ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν.
Ἀδεῖα δ' ἔνδον μιν ἔκνιξεν χάρις,

Σ. γ'. Κ. ηγ'.

Εἶπέν τε φωνάσαις ἅτε μάντις ἀνήρ· 75
Ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς, ὦ Τελαμών.
Καί νιν ὄρνιχος φανέντος
Κέκλευ ἐπώνυμον εὐρυβίαν
Αἴαντα, λαῶν ἐν πόνοις ἔκ-
παγλον Ἐνυαλίου. 80
Ὡς ἄρα εἰπὼν αὐτίκα
Ἔζετ'. Ἐμοὶ δὲ μακρὸν πά-
σας ἀγήσασθαι ἀρετάς.
Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον, Μοῖσα, ταμίας
Πυθέᾳ τε κώμων Εὐθυμένει 85
Τε. Τὸν Ἀργείων τρόπον,

74. αἰδία Ald. αἰδῖα Rom. Brub. emendatum in Crat. χαρεὶ pro χάρις videtur legisse Schol. saltem ex interpretamento. χάρις est *voluptas*. 75. φωνήσας. At alibi φάσαι, φωνήσας. 78. κέκλετ' pro κέκλετο manifeste turbat sententiarum et verborum ordinem. Legendum cum Melanchthone et Pauwio κέκλυν vel κέκλω. Ad Telamonem conversus loquitur Hercules. Infantiam grammaticae vides in etymologia nominis Αἴαντος ab αἰετός. Aliud exemplum in Ismo: v. Ol. vi. 93. sq. 81. ταῦτα pro ἄρα conj. Schmidius: recte monet Pauw. in ἄρα primam esse ancipitis usus. 83. ἀγήσασθ' Ald. Metrum trochaicum vel sic laborat in prima sede: nam α in ἀγήσασθαι ex ἡγήσασθαι longum est. Vidit et Schmidius. Pauw. emendat: -σας διαγείσασθ' al. (ex Schol.) vel -σας τοὶ ἀγησασθ' vel -σας ἀφαγήσασθ' al. Mingarell. probat -σας τοὶ vel -σας ἀναγήσασθ' al. 84. Et hoc colon trochaicum aegrotat. Schmid. φυλακίδᾳ γάρ τ' ἦλυθον, Μοῖσα, ταμίας. Pauw. Φ. γὰρ ἦλθον, ὦ Μοῖσα, τ. Leniore utique medicina Φ. γὰρ ἦλυθον, Μοῖσα Benedict. et Mingarell.

78. Jung. ἐπώνυμον ἔρνιχος φανέντος—(κατὰ) λαῶν (alias ἀνδρῶν. Hesiod. sc. Ἡ. 330. φίρτατε λαῶν.) ἔκπαγλον ἐν πόνοις Ἐνυαλίου. 86. τὸν Ἀργείων τρόπον. Aiunt, pro Laconibus. Atqui et Ar-

Εἰρήσεταί ποου κ' ἐν βραχίστοις.

Α. γ'. Κ. γ'.

Ἄραντο γὰρ νίκας ἀπὸ παγκρατίου
Τρεῖς ἀπ' Ἰσθμοῦ, τὰς δ' ἀπ' εὐφύλλου Νεμέας,
Ἀγλαοὶ παῖδές τε καὶ μά-
τρωες. Ἀνὰ δ' ἄγαγον ἐς φάος οἵ-
αν μοῖραν ὕμνων; τὰν Ψαλυχι-
δᾶν δὲ πάτραν Χαρίτων
Ἀρδοντι καλλίσᾳ δρόσῳ.
Τόν τε Θεμιστίου ὀρθώ-
σαντες οἶκον, τάνδε πόλιν
Θεοφιλῆ ναίουσι. Λάμπων δὲ, μελέταν
Ἔργοις ὀπάζων, Ἡσιόδου
Μάλα τιμᾷ τοῦτ' ἔπος,
Υἱοῖσί τε φράζων παραινεῖ,

87. ποου pro ποου Ald. nec deterius, judice quoque Pauw. κ' ἐν debet esse pro καὶ ἐν. Poterat scribi κὰν βρ. 88. ἀπὸ παγκρατίου. Sequitur ἀπ' Ἰσθμοῦ. Noli conjicere ἐπὶ παγκρ. Nam non ita dicitur; sed νίκη ἐξ, ἀπό, π. Nem. 30. 91. Schmidius et Pauwius μά- τρως emendant: nam de uno modo Enthymene agitur. Nisi -τρωες per synizesin est efferendum, et poeta doctius loquendi genus, pluralem pro singulari, sequutus est. ἀνὰ δ' ἄγαγον etiam Schmid. pro ἀν δ'. 92. Pro Ψαλυχια- δᾶν: Schmidius ad formam antitheticorum: male ob id habitus a Pauwio; λυχι, ait, pro una longa posita videri possunt.

givi hac laude floruere: v. Schol. qui e Sophoclis Ὀδυσσ. μαινομ. Μῦθος γάρ Ἀργολισὶ συντίμιων βραχύς.

89. (τὰς μὲν) τρεῖς. 91. Vel carminum argumenta præbuere suis factis, vel carminibus vere celebrati fuere.—92. Psalychidas tribules illustrarunt multis hymnis, scil. quos poetæ condiderant in Lamponis filiorum victorias.

95. *Etiam Themistii, avi materni* (v. ad v. pr.) *stirpem illustrant sua gloria:* quæ in eos redundat.

98. Hesiodi dictum erat: μελέτη τοι ἔργον ὀφέλλει. Lampon igitur τιμᾷ, *probat, laudat, id, continuo ipse se pugilatu exercens,* (ὀπάζων μελέταν ἔργοις,) *et filios adhortans,* φράζων, *recitans, repetens dictum.*

Ε. γ'. Ε. αʹ.

Ξυνὸν ἄεσι κόσμον ἑῷ προσάγων.
Καὶ ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται·
Μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων,
Μέτρα δὲ καὶ κατέχων.
Γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν,
Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν αἰθλητῆσιν ἔμμεν
Ναξίαν τέτραις ἐν ἅλλαις,
Χαλκοδάμαν ἀκόναν. Πίσω σφὶν Δίρκας

101. ἄετι binis syllabis Schmid. pro —ᾷ. Probat quoque Pauw. uti mox, v. 102. ξίνων, pro ιί, utrumque metro exigente. 104. κατέχων, obscure: vi oppositi suppl. ἔργῳ καὶ πράξει. 106. ἐν αἰθλητῆσιν legi metrum jubet: p. αἰθλη— sicque Schmid. et Pauw. νὶν ἄνδρα vix sanum: v. not. 108. Erat τ' interpositum, χαλ-

104. μίτρα κατέχων videtur esse *tenaciter, perseveranter tuendo*, moderationem, æquitatem, servando. Non male Schmidius conj. subesse et in his aliud Hesiodeum: μίτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

105. γλῶσσα l. cum Schol. οὐδὲν πρᾶττοῦσι φθέγγεται. l. consentit oratio cum animi sensu.

106. *Dicat aliquis eum vitrum esse, idem inter athletas, quod est cos inter lapides*; eodem loco—quo—puto, quatenus acuit, alit, accendit aliorum studia. Non satisfaciunt Scholia in explicando νὶν ἄνδρα. Bene quidem memini usum crebriorem τοῦ μὲν et τὸν in Pindaro risum movisse Aristophani, Av. 931. et posse forte per appositionem dictum esse νὶν, τὸν ἄνδρα. Ferri tamen hoc in lyrico vix potest, cui otiosis vocabulis uti minime licet. Nec uti licet v. c. simili exemplo in Argonaut. Orph. 729. ὃν δὲ Καλλίχορόν μιν ἐκάνυμον οἱ καλέουσι. Est enim probabilius verba esse contaminata in hoc et illo. Si νὶν venum est, ἄνδρα est intrusum. Si ἄνδρα tenes: τὸν ἄνδρα scribam: φαίης κε τὸν ἄνδρ' ἐν αἰθλητῆσιν ἔμμεν Ναξίαν—χαλκοδάμαν ἀκόναν: *acuentem alios ad studium pugilatus*. Vix tamen probabile sic νιν irrepsisse. Immo vero fuit: φαίης κέ νιν αἰθέρ' αἰθλητῆσιν ἔμμεν Ν.

108. πίσω σφὶν Δίρκας ἀγλαὸν ὕδωρ erit novum inventum, si est, *ego illis potandam præbebo aquam e fonte Musarum*: pro, *eos celebrabo*. Forte tamen est idem illud, quod jam aliquoties vidimus, sive *a libatione petitum*: ῥαίνων σπονδαῖς sup. v. 30. κατασπένδων ἀοιδαῖς v. 13, 14. sive *ad irrigandis agris*, ut sup. v. 94. ἄρδων Χαρίτων δρόσῳ. Conf. Nem. vii. 90. sq. adeoque simili exemplo πίων (διὰ τὸ) ὕδωρ Δίρκας σφὶν, (tres illos patrem cum duobus filiis,) est *irrigare*, ut ποτὸν

Ἀγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι
Χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέ-
τειλαν παρ' εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις.

χαλκοδάμαντ' ἀκόναν. Jungenda tamen sunt Ναξίαν χαλκοδάμαν ἀκόναν. Similis lapsus sup. Nem. ix. 37. ubi ἀνδροδάμα Ἐριφύλα. Porro πίσσυ γε Etymol. M. in Πίσα: sed σφὶ, αὐτοὺς, *carmine Thebano irrigabo*. Mingarellus suspicabatur fuisse scriptum πίσυ, h. e. ἰκότισα, *irrigavi*. Nam carmen jam est finitum. 111. παρ' εὐτυχίσιν legendum, cum ν, ut Pauw. quoque monuit. εὐτυχίσι Ald.

ζων. Ῥοὰς Μουσᾶν dixerat N. vii. fonte Musis sacro, Dirce, ante 17. Suaviter autem carmen Thebas. Thebis factum comparat cum

# ΙΣΘΜΙΑ.

Εἶδος ζ'.

# ΣΤΡΕΨΙΑΔΗ ΘΗΒΑΙΩ,

ΠΑΓΚΡΑΤΙΩ.

## ARGUMENTUM.

VETUSTIS Thebarum laudibus memoratis, subsistit in Strepsiadæ victoria Isthmica—27. tum in avunculo, qui in pugna occubuerat—53. redit inde ad victorem, e cujus successu voluptatem ipse capiens præsenti felicitate frui se velle asseverat.

Σ. α'. Κ. η'.

TINI τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα,
Καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυμὸν τεὸν
Εὔφρανας; ἦ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος ἀνίκ' εὐρυχαίταν

Strepsiades Thebanus ex matre Diotimi filia avunculum habebat cognominem, qui in pugna occubuerat: v. inf. 34. sqq. et not. ad 41.

1. Mirum vero, poetam, Corinnæ moniti oblitum, iterum, et multo magis quam Nem. x. non manu, sed ὅλῳ τῷ θυλάκῳ fabulas sevisse: v. Plutarch. de glor. Ath. p. 348. Fragm. Pind. p. 44, 45. Ὦ μάκαιρα Θήβη, *diva*, dea. In v. 6, 7. *aureus imber*, cum quo ad Alcmenam venit, fidem facit, fabulam non aliunde esse natam, quam quod a vetere poeta adventus Jovis hoc ostento erat ornatus. Inde et natales Minervæ simili prodigio ornati Ol. vii. 64. 89. nec Jupiter primo aliter ad Danaen forte accessisse narratus, nisi aureo cum imbre, ut numen

Ἄρτειλας Διόνυσον; ἢ
Χρυσῷ μεσονύκτιον
Νίφοντα δεξαμένα
Τὸν φέρτατον θεῶν,

A. α'. K. η'.

Ὅπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις
Σταθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς;
Ἢ ὅτ' ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς;
Ἢ ὅτ' ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν;
Ἢ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογ-
χᾶν; ἢ ὅτε καρτερᾶς
Ἄδρασον ἐξ ἀλαλᾶς
Ἀμπεμψας ὀρφανὸν

E. α'. K. η'.

Μυρίων ἑτάρων ἐς Ἄργος ἵππιον;
Ἢ Δωρίδ' ἀποικίαν ἀνίκ' ὀρθῷ

11. Non respondet versus, quem Asynartetum prodit metricus, gemellis reliquorum colon. Schmidius refinxit v. 10. Ἡρακλείοισι γο- 11. ναῖς; ἢ ποτ' ἀμφὶ Τειρεσίαο βουλαῖς; Benedictus: ἢ ἀμφὶ Τειρεσίαι πυκιναῖσι βουλαῖς. Oxonienses ὅτ' tantum omisso colon restitui putabant: quod non assequor. Pauw. trajectione facta, ἢ ὅτ' ἀμφὶ πυκιναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς restituit. Præstat sic ἢ ὅτ' ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς. Est ἢ ὅτ' una syllaba efferendum. 12. ὅτ' ejecit Schmid. Ita Benedictus quoque et Oxonienses versui consulendum censent. Sed ἢ ὅτ' in utroque versu in unam syllabam coalescit. Pauw. mavult pro binis brevibus numerare. 17. Rétinuerunt Oxonienses Schmidianam lectionem ad similium colon formam factam. μυρίων ἑταίρων εἰς Ἄ. i. ubique legitur, Pauw. ait, recte in antispastico. 18. Laborat metrum. Vulgo νῦν' ὁ-

testatum fieret. Hoc postea poetæ aliis modis inverterunt.

9. σταθεὶς ἐν θυρέτροις, *ingressus ædes*, ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείαις γοναῖς, h. ἐπὶ τὴν γονὴν, γέννησιν, Ἡρακλέους. 11. ἢ (μάλιστα ἐὔφρανας θυμὸν τιὸν τότε) ὅτ' (ἐὔφρανας αὐτὸν) ἀμφὶ Τειρεσίαο βουλαῖς pro διὰ βουλῶν. Βουλαὶ autem pro μαντεῖαι: v. ad Isthm. viii. 68. Mox, 13. permutat cum casu secundo: Σπαρτῶν (ἔπικα) pro ἀμφὶ Σπαρτοῖς.

18. Ægidæ, qui e Thebanis

Ἔσασας ἐπὶ σφυρῷ ἀναβάλλεσθαι
Λακεδαιμονίων, ἔλον δ' Ἀμύκλας
Αἰγείδαι σέθεν ἔκγονοι,
Μαντεύμασι Πυθίοις;
Ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὖδει

Aldus: ὕτικα δ. Rom. ὦκα δ. Cratandr. ὠκὺ δ. ex Scholiasta, in quo est ὅτι. Ut metro subveniret, refinxit ὠίκα ὀρθῷ Schmidius turpi cum hiatu. Excidit puto particula, cum esset ὠκύ' ἄρ' ὀρθῷ— 21. Aldus corrupte Αἰδεῖδαι, et olim nonnulli indocte Ἀγγείδαι scripserant: v. Scholia, in quibus plura falso et inepte tradita intpp. transversos egerunt. Αἰγιμίδαι novavit Schmidius, male, si quid usquam. Nam de Ægimio (de quo v. Pyth. i. 124. v. 96.) hic non agitur, sed de *Ægidis*, qui Heraclidas in Peloponnesum redeuntes sequuti sunt, cum hi Ægidas in partes vocare a deo jussi (hinc μαντεύμασι Πυθίοις v. 22.) in itinere per Bœotiam facto in sacrificantium cœtum incidissent, audivissentque Ægidas esse, quæ Thebanorum tribus erat. Vid. sup. ad Pyth. v. 99. ibique Schol. ex Ephoro. Amyclis consederant Ægidæ. Potuit vel sic Spartæ tribus haberi Ægidarum, quam Herodot. iv. 149. memorat, ubi tamen a seriore quodam Ægeo, Theræ nepote, Œolyci filio, nomen accepisse traditur. Conf. Pausan. iii. 15. p. 245. 23. ἀλλὰ γὰρ jungo. Alii aliter.

fuere, Heraclidis ad Peloponnesum occupandam proficiscentibus comites se adjunxerant, iisque in Laconica in ditionem redigenda operam præstiterant: v. sup. ad Pyth. v. 99. ibique Schol. ex Ephoro. Itaque Ægidæ ἀποικίαν Δωρίδα Λακεδαιμονίων ἔσχαραν (nunc deæ Thebæ tribuitur, adeoque ἔσασας) *in sphyra, in tuto, constituerunt*: ut jam Lacedæmone Heraclidæ certas sedes haberent.

20. ἔλον δ' Ἀμύκλας proprie est accipiendum: *expugnarunt Amyclas*; nam vere id factum: v. Exc. ad Virgil. Æn. x. 564. Agrum Amyclæum Philonomo assignatum fuisse, præter Strabonem ex Ephoro tradiderat quoque Nicolaus Damasc. Exc. p. 445. Volebat pergere poeta: *enimvero hujus rei obscura est memoria, quia carmine non celebrata est.* Mutavit hoc in sententiam: Ἀλλὰ γὰρ παλαιὰ χάρις, *decus, fama*, ut sup. Isthm. iv. 37. De v. 25, 6. verborum junctura recte, puto, statuo: ὁμιλάμονές εἰσι βροτοὶ (ἐκείνου) ὅ τι μὴ (τὸ) ἄωτον ἄκρον σοφίας (*præclara aliqua ars poetæ*) ἐξίκηται ζυγὸν (ζυγῖν, *assequuta fuerit, ut innectat carminibus*) κλυταῖς ἑπτάπυλοις ῥοαῖς pro ἐγζεῦξαι ἕπτασιν. Ζεῦξαι μέλος ἅρμασιν dixerat Nem. i. 10. et ζεῦξαι τέλος Χαρίτων Isthm. i. 7. Ergo et ζυγὸν pro ζυγῖν τι ἕπτασιν, et pro hoc ἑπτάπυλοις ῥοαῖς.

Χάριμ, ἀμνάμονες δὲ βροτοὶ,

Σ. β'. κ. ε'.

Ὅ τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον
Κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν.
Κώμαζ' ἔπειτ' ἄρ' ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
Καὶ Στρεψιχόραν. Φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
Νίκαν παγκρατίαν, ἐθέλει
Τ' ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορ-
φᾷ εἰς· ἄγει τ' ἀρετὰν
Οὐκ αἰσχίων φυᾶς.

Α. β'. κ. ε'.

Φλέγεται δ' ἰοδόρυχοισι Μοίσαις.

25. ὅ, τι primum Cratandrina pro ὅτι emendavit. 25—26. Ut vulgo hæc accipi video: ὅ τι μὴ ἐξίκηται σοφίας ἄωτον ἄκρον, ejus rei, quæ non ad sapientiæ summum florem pervenerit, ζυγὲν κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν, *incytis carminum fluxibus copulata*, ut ζυγὲν participium sit: dura est oratio et sententia vix expedita. Accipiendum ζυγὲν est pro ζυγεῖν, et sensus est, quem in nota apposui. *Obliterantur prisca decora* (παλαιὰ κόσμια χάριτος) nisi carmine celebrata fuerint. Ita videtur quoque accepisse verba unus inter Schol. ἀμνήμονες δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι γένονται πάντα, ὅταν ὁ μὴ τὸ τῆς σοφίας ἄκρον ἀπανθίσμασι ἐπικαταλάβῃ καὶ ἐπαίνοις ἐπιζεύξῃ. 26. ῥοαῖς in notis ab Oxon. excusum. Sed, ἐπέων ῥοαὶ verum est. Sic Nem. vii. 17. Μοισᾶν ῥοαί. ζυγὲν an ζύξαι pingas, nil interest. 27. ἔκατ' ἐν α'. invexit editio Romana depravatum: quod et Schol. in suo reperarat. Schmidius ex Aldina restituit ἔκατ' ἄρ' α'. Potuisse deprauationem nasci ex scriptura ἔκατον suspicatur Pauw. 31. μορ- φάεσσ' Rom. cum Schol. Reuh. et Morell. Emendarunt Crat. Steph. φυᾶς recte de corporis specie accipit Pauw. Cf. Ol. viii. 24, 25. Nem. iii. 32, 33. — 33. ἰοδόρυχοισι præclara est Schmidii emendatio, quam metrum

27. κώμαζε. Vix commode ad Thebas potest referri; multo minus ad Musam, quæ non est memorata. Saltem se alloqui videri potest, ut solet pro κωμάσω.—31. Grammatica ratio hæc esse videtur: οὐκ αἰσχίων (nec minus, nos deterius) φυᾶς (quam corporis speciem) ἄγει (ἔχει) ἀρετὰν (*virtutem animi*). Sane nunc sententia æquipollet, si idem dixeris: ἀρετὰν οὐκ αἰσχίων φυᾶς, aut si ipse: ἀρετὰν εἶναι οὐκ αἰσχίω φυᾶς, animi pulchritudine æque commendabilis quam corporis.

33—34. *Illustratur jam carminibus, et suis meritoque meum*

Μάτρωΐ θ' ὁμωνύμῳ δέδωκε κοινὸν θάλος,
Χάλκασπις ᾧ ϖότμον μὲν Ἄρης ἔμιξε·
Τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται.
Ἴσω γὰρ σαφὲς, ὅς τις ἐν

postulat. Vulgo ubique legitur Scholion : *λοπλοκάμοισι*. 34. *ϖάτρωΐ θ'* Schmid. ut brevem syllabam haberet, quam metrum nec desiderat : v. Pauw. ad v. 2. *δέδωκε* suspectum habeo : est enim teque, nec satis ad sensum idoneum. Forte *δίδοχε* fuit ; *decus et splendor ex hujus Strepsiadæ ornamentis redit ad nomen et memoriam avunculi cognominis*, (Strepsiades etiam ille dictus,) qui pugna cecidit : Nem. iii. f. *τὸν ἀπὸ Νεμέας δίδοχεν φάος*, *tibi lucet, affulget decus ex Nemea victoria.* Nem. ix. 98. *δίδοχε ναυδὶ Ἀ. Φίγγος.* V. notam. Ceterum ante Schmid. omnes distinguebant : *κοινὸν θάλος χάλκασπις, ᾧ ϖ.* 35. *ϖ. μὲν ἄρ' ἔμιξε* Ald. 36. *τιμᾷ δὲ* inter veteres aliqui legerunt ap. Schol. *τῇ δὲ τιμῇ τοῖς ἀγαθοῖς λοιῆται.* Dubitatur *ἀγαθοῖς* sitne ex *οἱ ἀγαθοὶ*, an ex *τὰ ἀγαθά*. Præstare hoc alterum ; sic enim accommodatius esse *ἀντίκειται*, judicabant Pauwius et Mingarellus : *fortibus factis proposita est gloria.* 37. sq. Dolendum est, tam præclarum, qui sequitur, locum corruptelis esse contaminatum. Jungenda primum *ἴσω γὰρ σαφὲς* (pro *σαφῶς*)—*γυιᾷ μ. κ. αὔξων*. Pauw. propter con-

*ctam illustrat.* Hanc sententiam v. 33, 4. inesse necesse est ; verum in altero versu laboramus. Debet esse junctura : Strepsiades *δίδωκε κοινὸν θάλος μάτρωΐ ὁμωνύμῳ*. Schol. *τῷ μήτρωϊ τὴν τῆς νίκης εὐδοξίαν καὶ ἡδονὴν ϖαρίσχετο.* Bene ; modo esset *κοινὸν κλέος*, aut si docuisset *τὸ θάλος* ita dici pro *gloria, decus.* Si itaque *τὸ θάλος* nunc pro *flore*, adeoque pro *decore, ornamento* dictum esse debet, nove ita dictum erit. Nam alioqui non occurrit dictum nisi de *fronde, ramo.* Supra, i. 94. *ἴρπος* victor tenet manu. Potest etiam esse *corona frondea : hanc victor communicat avo : δίδωκε κοινὸν*, h. e. *redundat victoris gloria in avum.* Hoc Catone si contenti sumus, carebimus proposita emendatione *δίδοχε*, inprimis cum hæc lectio, quod etiam Schneider sensisse videtur, aliam quoque mutationem requireret. *φάος* pro *θάλος*. Alias *τὸ θάλος* de *propagine, progenie* dicitur ; verum et hoc alienum ab h. l. Mox, 35. *ᾧ ϖότμον Ἄρης ἔμιξε, ϖαρίσχει, ἐπῆγε.* 36. *Viris fortibus gloria in conspectu posita est.*

37. *ἴσω αὔξων.* Hæc perpetua junctura, pro *ἴσω ἑαυτὸν αὔξων*. Nem. ix. 107. *ἴσω λαχών*. Ol. vi. 12. *ἴσω ἴσχων*. Simile *μεμνέσθω ϖερσέλλων*, N. xi. 20. et alia. Alibi est sine regimine, ut Nem. v. 87. *Αὔξων* autem iterum pro *ἴσχων* de re magna ac præclara. Male autem Schol. de bello Peloponnesio cogitat. Respicit enim poeta antiquiorem pu-

Ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα-
ζαν αἵματος πρὸς φίλας
Πάτρας ἀμύνεται,

Ε. β'. κ. ν'.

Λοιγὸν ἀμύναν ἐναντίῳ στρατῷ,
Ἀσῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων
Ζώων τ' ἄπο καὶ θανών.
Τὺ δὲ, Διοδότοιο παῖ, μαχατὰν
Αἰνείων Μελέαγρον, αἰ-
νείων δὲ καὶ Ἕκτορα

cursum participiorum malebat αὔξιν. Perperam: nam alterum, per participium, est doctius: v. not. V. 38—39. νιφέλα et χάλαζα αἵματος de pugna, ut sup. Isthm. v. 63, 4. ubi etiam χαλαζόεις φόνος. Tum 39, 40. πρὸ φ. π. Schmid. perperam: nam ἀμύνεται (*propulsat*) τίς τι πρός τινος: *ab*. At colon 41. manifesto corruptum. ἀμύναν turpiter insedit locum vocabuli, quod vim habebat similem. Schmid. λοιγὸν ἐξελάων conjiciebat, non satis feliciter. Schol. habet: ἐναντίον φέρων ὄλεθρον τοῖς πολεμίοις. Eandem sententiam expresserat Nem. ix. 91. Pauw. totum locum sic constituit: ὅς τις ἐν ταύτᾳ νιφέλᾳ χαλάζᾳ αἵματος πρὸ φίλας Πάτρας ἀμύνεται, Λοιγὸν δ' ἀμύναν (vel Λοιγὸν ἐξαμύναν) ἐναντίῳ στρατῷ Ἀσῶν, γ. Sunt quæ placeant: plura displicent. Mendum alieno loco quærere videtur. Pro ἀμύναν v. 41. requiritur voc. quatuor syllabarum, quod sensum habeat: *vicissim inferens perniciem* hostili exercitui: v. c. ἀντινάγων. ἀντ' ἄγων pro ἀντία, ἀντίον. Eo ducit Schol. ἐναντίον φέρων ὄλεθρον τοῖς πολεμίοις. Tum ἀσῶν omnes male jungere video cum superioribus; immo vero: αὔξων γενεᾷ μέγιστον κλέος ἀπὸ ἀσῶν, ζώων τε καὶ θανών. Etiam Schol. μέγιστον παρὰ τῶν ἀσῶν κλέος, *bonam existimationem, quæ a civibus venit*. Pro ἀπὸ, quod erat, vett. edd. præter Crat. et Steph. melius scribunt ἄπο. 45. Αἰνείων hic et v. seq. Schmid. ad metrum: pro vulg. αἰνίων. Cf. Pauw. ad v. 69.

guam; Marathonia intelligi nequit, nec magis Scolion nobile Τὺ Πὶν Ἀρκαδίας in Fragm. p. 19. et ap. Brunck. Anal. tom. i. p. 156. nam ei pugnæ Thebani non interfuere, uti nec ceteris præliis cum Persis; quippe ipsi μηδίζοντες. Verum in nostro loco de bellis mutuis inter Athenienses et Bœotos cogitandum esse videtur, de quibus Herodotus agit lib. v. 77. sqq.

44 Convertit se ad eundem illum μήτρωα, qui in pugna occubuerat. Αἰνείων, *æmulatus*.

Ἀμφιάραόν τε, εὐαν-
δέ' ἀπέπνευσας ἀλικίαν

Σ. γ'. Κ. η'.

Προμάχων ἀν' ὅμιλον, ἔνθ' ἄριστοι
Ἔσχον πολέμοιο νεῖκος ἐσχάταις ἐλπίσιν. 50
Ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατόν. Ἀλλὰ νῦν μοι
Γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν
Ἐκ χειμῶνος. Ἀείσομαι
Χαίταν στεφάνοισιν ἁρ-
μόζων. Ὁ δ' ἀθανάτων 55
Μὴ θρασσέτω φθόνος,

49. ἄριστον Ald. 50. ἴσχον malebat Schmid. propter antitheticos. Sed ferri debet ἴσχον in Iambici princ. In fine Ald. ἰσχάτασιν ἐπ' ἐλπίδι corrupte. 52. γαιάοχος Ald. cf. ad Ol. xiii. 114. 55. ἁρμόσαις legit Schmid. ut primam coli brevem haberet; est tamen prima in Iambico. Etsi Schol. quoque ἁρμόσας habet. 56. μὴ θρασσέτω. V. not.

50. ἴσχον, ἀνέσχον, *sustinuerunt*, ἐσχάταις ἐλπίσιν, *in extremo discrimine*.

51. ἔτλαν, ἔτλην, ipse Pindarus magnum luctum ex ejus morte suscepit.—52. εὐδίαν, ex victoria nepotis.

55—68. Non facile est sententiarum vinculum enodare. Τὸ τερπνὸν ἰφάμερον aut est *felicitas hujus diei, præsens*. (τὸ τερπνὸν ἐπὶ ταύτης τῆς ἡμέρας γεγενημένον. Uti Nem. vi. 10. ἰφαμερίαν γάθμαν, *terminus vitæ, quem* μεθ' ἡμέραν *attingimus aut* μετὰ νύκτας.) Aut τὸ ἰφάμερον τερπνὸν, *res lætæ quæ in singulos dies obveniunt*. Hom. Od. φ'. 85. νήπιοι ἀγροιῶται, ἰφημέρια φρονέοντες. Philem. Fragm. p. 322. τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἰφήμερα φρονεῖ. Ἀθανάτων φθόνος est *Nemesis*, quæ nimis elata et evecta ultra communem modum tanquam ex invidentia evertit. Μὴ θρασσέτω, *ne evertat*: vid. paulo post. Jam structura instituit potest haud uno modo; sermonis tamen rationi convenientissime sic: μὴ θρασσέτω φθόνος ἀθανάτων (pro *conservet*) (εἰς) γῆρας, ἥς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα, ὅ τι τερπνὸν ἰφάμερον δώκων ἵκαλος ἵκτιμι. Ut δώκων ἵκτιμι sit ornate pro δώκω τὸ τερπνόν. Ita sensus: *Nemesis ne evertito*, adeoque *incolumem servato ad senectutem et mortem, fructum voluptatis præsentem quem amplector*, quo fruor. Superest quæstio de nexu sententiarum cum sequentibus, quæ sic procedunt: 59, 60. *Etsi in diversa fortuna constituti morimur tamen omnes*. 60, 61. sqq. *et immortalitatem appetere velle stolidum esset*. Sequitur adeo, in

A. γ'. K. η'.

Ὅ τι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων
Ἕκαλος ἔπειμι, γῆρας ἔς τε τὸν μόρσιμον
Αἰῶνα. Θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες·
Δαίμων δ' ἄϊσος. Τὰ μακρὰ δ' εἴ τις
Παπταίνει, βραχὺς ἐξικέ-
σθαι χαλκόπεδον θεῶν
Ἕδραν· ὅ τε τατρόεις

57. ἐφάμερος Ald. sed recte τερπνὸν ἐφάμερον, *jucunda quæ se de die in diem offerunt*, pro vitæ conditione. Scholiastes: τὸ ἐν τῷ βίῳ τερπνὸν τοῦτο ἀεὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν διώκων καὶ θηρεύων. 60. δαίμων ἄϊσος vulgo legebatur. At δαίμων δ' ἄϊσος legendum esse cum Benedicto, post Pauwium nullus dubito. Jubet metrum, ducitque eo sententia et Scholion. Sed interpretationem nec Schmidii et Benedicti nec Pauwii probare possum. Longum esset singula persequi: v. not. 61. sq. Sententiam hanc jam alibi ornavit, Ol. v. f. Pyth. x. 42. sqq. Nem. ix. 109—13. Isthm. v. 17, 18. Eandem Horatius imitatione expressit: *Immortalia ne speres*, etc. *Cælum ipsum petimus stultitia*, et al. βραδὺς conj Schmidius; sed βραχὺς, μικρὸς, a Schol. bene expositum ἀσθενής. Vulgare esset: ἀσθενίστερός ἐστιν, ἢ ὡς, etc. 63. ὅτι Rom. intulit; idque sequitur Schmid. esse dicens: *postquam, quandoquidem*. ὅτι Ald. et Crat. cum Schol. Diremi ὅ τι. Sed verum puto ὃ δὴ π.

sorte mortali, mortalem acquiescere debere: quam cum declarent duo, fortunæ inconstantia et mors, ad hanc potissimum poeta animum convertisse debet. *Servet mihi deus jucunda, quibus fruor, usque ad mortem; nam immortalem vitam appetere velle stolidum esset.* 56. θρασσίτω, alter Schol. ταραττέτω, cum Suida et al. alter συνθρανίτω. Hic utique doctius. Est enim a θράω (unde θραύω) θράσσω, Attic. θράττω. V. Timæum Lex. Platon. in ἐνθράττειν, cum præstantiss. Interpr. Noster, Ol. vi. 164. μὴ θραύσοι χρόνος ὅλβον simili modo dixerat: *ne evertat*, adeoque, *utinam sit incolumis ac perpetua felicitas.* 60. δαίμων ἄϊσος, alias ἄνισος, *fortunæ, qua utimur, inæqualitas.* τὰ μακρὰ, τὰ μακρότερα, λίαν μακρὰ, quam ut quis ea assequi possit, (opp. βραχὺς, qui ea assequi nequit,) dixit respectu τοῦ ἐφαμέρου τέρπνου v. 57. *ea, quæ sunt supra sortem humanam, felicitas perfecta et absoluta.* Hoc idem est τὸ γλυκὺ παρ' δίκαν, *felicitas quam nefas est appetere* v. 68. Ea εἴ τις παπταίνει, τὰ ὑπὲρ ἑαυτὸν, βραχύς ἐστιν (ὡς) ἐξικέσθαι (εἰς τὴν) χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν, *imbecillus est*, pro, est imbecillior, *quam ut immortalis fieri possit.* 64.

Ἐρρίψε Πάγασος

Ε. γ'. Κ. ϛ'.

Δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ παθμοὺς
Ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
Ζηνός. Τὸ δὲ πὰρ δίκαν
Γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.
Ἄμμιν δ', ὦ χρυσέα κόμα
Θάλλων, πόρε, Λοξία,
Τεαῖσιν ἀμίλλαισιν εὐαν-
θέα καὶ Πυθοῖ στέφανον.

65. οὐρανὸς Ald. 68. Laudat Plutarch. aud. poet. 4. 71. τεαῖ una syllaba efferendum. Quidni igitur scribimus σαῖσιν? Mingarell. σαῖς iv.— 72. Colon epionicum est mutilum. Schmidius Πυθοὶ scribebat; Pauw. paulo elegantius Πυθόθι.

De Pegaso cf. Ol. xiii. 130. Iliad. ζ'. 155. Schol. et laudd. ad Hygin. f. 57. Hesiod. Θ'. 284. Alludit Horat. iv. 11. 26. sq. —67, 68. *Si quis felicitatem, quæ in ejus sortem haud cadit, prave appetit, eum acerbus exitus manet*: h. e. si quis conditionem, ut Bellerophon, quæ in hominem non cadit, appetit, malum is sibi arcessit. Τὸ γλυκὺ πὰρ δίκαν est h. l. cupiditas, appetitio τοῦ γλυκέος stolida. Vides me in loco, de quo nihil licet cum certa fide pronuntiare, modesti interpretis more apposuisse, quæ ex sermonis indole, Pindari more et sententiarum nexu, assequutus eram.

# ΙΣΘΜΙΑ.

## Εἶδος η'.

# ΚΛΕΑΝΔΡΩ ΑΙΓΙΝΗΤΗ,

(ΠΑΓΚΡΑΤΙΩ.)

---

### ARGUMENTUM.

CALAMITATE belli Persici liberatos hymnis applicare jubet animum in victoris honorem.—33. Consentaneum esse, ut Thebanus Æginetæ victori gratuletur victoriam, propter communem utriusque gentis originem.—45. Unde in fabulas Æacidarum excurrit, et subsistit in nuptiis Thetidis et Pelei—104. et in Achillis laudibus.—133. Redit ad victorem, et primo ejus patruelem, et ipsum pugilem victorem, laudat—142. tum Cleandrum.

Διάλεκτος α'. Κ. κβ'.

ΚΛΕΑΝΔΡΩ τις ἀλικίᾳ τε λύτρον
Εὔδοξον, ὦ νέοι, καμάτων,

Cleander, Ægineta, Telesarchi f. (v. 3.), cum aliis victoriis nobilis, inprimisque Nemea, tum Isthmiaca, quam poeta celebrat, proxime a bello Persico et Xerxis copiis deletis: quo vss. 9. sqq. respici tradunt veteres grammatici. Pancratio vicisse manifestum fit ex v. 145, 6. ad exemplum patruelis Nicoclis, qui et ipse pancratio Isthmia vicerat (v. 134. sq.) Abjudicat tarmen Pindaro Dawes. Miscell. Crit. p. 55. Sed v. ad calc. Odæ. 1. Κλεό-

1—12. Ordinem verborum constitue sic: ὦ νέοι, ἴων τις ἀγυρτέτω παρὰ πρόθυρον ἀγλαὸν σταθμὸς Τιλισάρχου, Κλεάνδρῳ ἀλικίᾳ τε λύτρον εὔδοξον καμάτων, ὅτι ἐξεῦρεν ἄτομά τι Ἰσθμίας νίκας καὶ κράτος ἀΐδλων (ἐν) Νεμέᾳ. *Ducitor pompa victori: cui et ego hymnum ut condam, poscitur.* Jam sententiæ ornatæ sunt;

Πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου
Παρὰ πρόθυρον, ἰὼν ἀγειρέτω
Κῶμον, Ἰσθμιάδος τε νίκας
Ἄποινα καὶ Νεμέας
Ἀέθλων ὅτι κράτος
Ἐξεῦρε. Τῷ καὶ ἐγὼ
Καίπερ ἀχνύμενος
Θυμὸν, αἰτέομαι
Χρυσέαν καλέσαι
Μοῖσαν. Ἐκ μεγάλων

δρῳ et ἀλικίᾳ Rom. Crat. Brub. Κλεάνδρῳ Ald. et utrumque dativum Morell. restituit; idem ὦ νίοι primus distinxit; antea edebatur ὠνίοι, quasi ab ὠνίη esset. Admodum contaminatum est mendis ultimum hoc carmen, deficientibus quoque ad v. 26. Scholijs. 4. συναγειρέτω Schmid. syllabas colorum respiciens, non metrum Iambicum. Benedictus: ἀγειρέτω, quoniam Schol. ἐγειρέτω τὸν ὕμνον. 6. Prava erat, si Aldum excipias, omnium edd. et interpretum præter Benedictum interpunctio jam a veteribus recepta —καὶ Νεμέᾳ. \ Ἀέθλων ὅτι κ. ἰ. Etiam Pauw. monuit.

*Juvenes, cogat aliquis pompam ad ædes victoris.* Male interpungitur v. 4. παρὰ πρόθυρον ἰὼν, ἀγειρέτω. Immo ἰὼν ἀγειρέτω τὶς κῶμον παρὰ πρόθυρον ἀγλαὸν Τελ. Pompa enim victorem deducit domum. Dicitur κῶμος λύτρον καμάτων, idem quod mox ἄποινον, *præmium, compensatio.* Sic Pyth. v. 142. λυτήριον δαπανᾶν. Nem. v. 88. μόχθων ἀμοιβά. Nem. x. 45. πόνων λάθαν. Ducenda pompa in honorem victoris Cleandri. Κλεάνδρῳ ἀλικίᾳ τι forte pro *robore juvenili:* est enim victor pancratio, in certamine Isthmiaco, et Nemeo. Ἄποινα Ἰσθμιάδος νίκας, debebat sequi: καὶ Νεμέας, hoc extulit, καὶ ὅτι κράτος ἐξεῦρε ἀέθλων Νεμέᾳ. Junctura autem, ut nunc video, est, ὅτι ἐξεῦρεν ἄποινα Ἰσθμιάδος νίκας, καὶ κράτος ἀέθλων (ἐν) Νεμέᾳ. Tum τῷ, *in cujus honorem* poscitur a me ut Musam invocem. Αἰτέομαι, ut Horat. *Poscimur, si quid.*

12—25. *Magnis malis bellicis liberati, luctu abjecto celebremus victorias ex certaminibus reportatas.* Extulit hæc poeta per varias inversiones. Primum subint. φυλάξομεν, βλέπωμεν, ὦ θυμὲ, ὅπως μὴ ἁμπίσωμεν, quæ nota ellipsis est et a multis illustrata, etiam a Valken. ad Theocrit. i. 112. ἁμπισεῖν ὀρφανίᾳ γεφάνων, est dictum pro altero, *paremus novas victorias et hymnos:* ne scilicet incidant Græci in obscuritatem, ἀδοξίαν. De modo loquendi conf. Muncker. ad Hygin. p. 115. — Nunc debebat sequi, μήτε κάδια θερατεύωμεν, *ne foveamus lu-*

Δὲ πενθέων λυθέντες,
Μή τ' ἐν ὀρφανίᾳ πέσωμεν
Στεφάνων, μή τε κάδεα θεράπευε. Παυσάμενοι δ' ἀπρήκτων κακῶν
Γλυκύ τι δαμωσόμεθα
Καὶ μετὰ πόνον· ἐπειδὴ
Τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
Γε Ταντάλου λίθον παρά τις ἔτρεψεν ἄμμι θεὸς,

Δ. β'. Κ. κβ'.

Ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον. Ἀλλ' ἐμοὶ δεῖμα μὲν παροιχόμενον
Καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν.

13. πενθέων dissyllabum. 18. δαμωσόμεθα Ald. adverso metro. 21. τῦ Ταντάλου Schmid. propter antitheticos. Sed metrum est Iambicum. τι Ταντάλου Ald. 24—5. Erat δεῖμα μὲν παροιχομένων. Ita laborat verborum structura; nam deficit subjectum idoneum. Sane quidem ad ἔπαυσε substituit Schol. νίκη vel simile quid, alii θεὸς repetunt ex v. 22. ita saltem δεῖμα—καρτεράν τ' ἔπαυσε μέριμναν copulandum erit; alii τὸ δεῖμα subjectum faciunt; sed ut commodus sensus exeat, cum Benedicto et Pauwio δεῖμά μὲν παροιχόμενον legendum est: *metus præteritus* (h. sublatus) *gravem levavit solicitudinem*. Ita facere præstat; nec enim melius succedit, si μέριμναν de carminum pangendorum studio accipias, quod superiorum discriminum metus infregit.

*ctum, ne indulgeamus mœrori.* —Nova inde inversio, pro, *sed deposito luctu dulce carmen condamus;* dixit: γλυκύ τι δαμωσόμεθα. Ἄπρηκτα κακὰ, *luctus inutilis*, ἀνωφίλητος λύπη, ut bene Schol. Idem tamen reliqua minus feliciter expedit.— v. 23. ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον h. *ingentem, arduum.* Schol. ἀνυπομόνητον. (Sane τολμᾶν exponi potest per τλᾶν, *tolerare.* Τόλμα τάδε Eurip. Hec. 326. 333. Sed is a loco alienus significatus.) Scilicet ἄτολμον, *quod quis aggredi non audet.* 24. *Verum cum metu* malorum *dispulso abiit cura.* Pro δείματος παροιχομένου, μέριμνα ἔπαυσατο, dixit, δεῖμα παροιχόμενον ἔπαυσε μέριμναν. Δεῖμα, quod antea μόχθος, πόνος.

Τὸ δὲ πρὸ πομπὸς ἄρειον αἰεὶ
Χρῆμα πᾶν. Δόλιος γὰρ αἰὼν
Ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται,
Ἑλίσσων βιότου πόρον.
Ἰατὰ δ' ἔστι βροτοῖς
Σύν γ' ἐλευθερίᾳ
Καὶ τά. Χρὴ δ' ἀγαθὰν
Ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν.
Χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοι-
σι Θήβαις τραφέντα
Αἰγίνᾳ χαρίτων ἄωτον
Προνέμειν· πατρὸς οὗ-

26. Colon in fine laborat. Schmidius: ἀρτίον ἐσ' αἰεί. Pauw. ἀρτίον γ' αἰεί, vel ἀρτίον ἐσ' ἀεί. Saltem αἰεὶ præstare cum Mingarello dicam, ut gemelli omnes clauduntur. 29. βίου metrum requirit: quod reposuit Schmid. probante Pauwio. 32—34. Duplex hoc χρὴ molestum est meo sensu. Priore loco vitiose Aldus: καὶ τυόν· χρὴ δ' ἀ. Potest substitui δεῖ δ' ἀγαθάν. In seqq. colis metra turbant vett. edd. 34. ἐν exciderat ed. Crat. 36. Αἰγίνᾳ media brevi mirationem facit: v. ad calcem carminis. 37—

26. τὸ δὲ πρὸ πομπός. Conf. Nem. vi. 94. *melius est in re præsenti animum continere*, adeoque lætis, quæ se offerunt, frui, *in incerta hac rerum humanarum conditione*. Hoc sic extulit: ἐπικρέμαται ἀνδράσιν αἰὼν δόλιος ἑλίσσων βιότου πόρον: *urget, instat, ἐπίκειται, hominibus Tempus insidiose volvendo vitæ cursum*, (petitum a flumine,) h. cæcos, incertos casus adducendo. *Occulto ævo* Horat. i. 12. 45. Αἰὼν tanquam persona, de *tempore*.

30. Concinit locus præclarus in Periclis oratione apud Thucyd. ii. 62. καὶ γνῶναι (δεῖ,) ἐλευθερίαν μὲν, ἢν ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῆς διασώσομεν, ῥᾳδίως ταῦτα ἀναλωτὰ ἡγούμεθα, ἄλλων δὲ ὑπακούσασι καὶ τὰ προσκεκτημένα φιλεῖν ἐλασσοῦσθαι, etc.

32—33. Cf. Fragm. Pind. p. 61. xx. e Platone.

34. *Mihi vero etiam tanquam Thebano fas est carmine celebrare victorem Æginetam propter utriusque gentis cognationem*: quæ mythice ducitur ab Æaci filiabus, altera *Thebe* altera *Ægina*, utraque a Jovi amata, et pro parente ac præside altera Thebarum, altera Æginæ constituta. De his cf. sup. ad Nem. iii. pr. Ol. vi. 143. sq. v. Herodot. v. 80. Pausan. ii. 5. v. 22.

νεκα δίδυμαι γένοντο Θύγατρες Ἀσωπίδων
Θ' ὁπλόταταί, Ζηνί θ' ἅδον βασιλῆϊ. Ὅ τὰν μὲν
Παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ φιλαρμάτου πώλιος ᾤκισσεν ἀγεμόνα·

Δ. γ'. Κ. κβ'.

Σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν
Κοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τέκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ πατρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων· ὃ καὶ
Δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραινε. Τοῦ μὲν ἀντίθεοι
Ἄρίστευον υἱέες
Τιέων τ' ἀρηΐφιλοι
Παῖδες ἀνορέᾳ
Χάλκεον σθένος τ' ἀμφέπειν ὅμαδον·

38. Melanchthon distinguebat post πατρὸς οὔτικα: hocque cum superioribus jungebat. 39. Θύγατρες Schmid. pro Θυγατέρες. Contendit Pauw. et alterum a metro admitti. 40. θ' ante ὁπλόταται importunum est: aut delendum, aut cum γίνοντο copulandum. γίνοντό τι ἄδον τι Ζηνί: quod tamen durum. In fine coli metrum postulat syllabam; Ζηνί τι ἄ- Schmid. et Pauw. effingunt; at cum hiatu. Fuit puto Ζηνὶ δί θ' ἄδον. Nam digamma in hac voce non agnoscit Pindarus. 41. βασιλῆϊ omnes edd. βασιλεῖ qui legat, non invenio. βασιλεῖ Schmid. metri lege. Mox, ὅ, ταν Aldus. ὅταν Rom. Emendavit Crat. 48. ὃς καὶ Brub. Morell. Steph. adverso metro. 52. υἱῶν Schmid. alioqui synizesin in υἱέων admittebat.

45. σὶ Νί, Ægina, in *Œnopiam*, antiquo nomine insulam Æginam: cf. Nem. iv. 75. Pausan. ii. 5. De amore Æginæ v. Ovid. Met. et Statius Theb. vii. 315. sq. Κοιμᾶτο, πατρὶ κοιμᾶτο.

48—49. Attingit fabulam mihi ignotam; debuit aliquando Æacus arbiter sedere inter deos litigantes.

Σώφρονές τ' ἐγένον-
το τοινυτοί τε θυμόν.
Ταῦτα καὶ μακάρων ἐμέμναν-
τ' ἀγοραὶ, Ζεὺς ὅτ' ἀμ-
φὶ Θέτιος ἀγλαὸς
Τ' ἐρίσας Ποσειδᾶν γάμῳ,
Ἄλοχον εὐειδέα θέ-
λων ἑκάτερος ἑᾶν ἔμ-
μεν. Ἔρως γὰρ ἔχεν.
Ἀλλ' οὔ σφιν ἄμβροτοι τέλεσαν εὐ-
νὰν θεῶν ϖραπίδες,

Δ. θ'. Κ. κβ'.

Ἐπεὶ θεσφάτων ἤκουσαν. Εἶπε

62—3. θίλον- θ' Schmidius pro ἰθίλοντο, ut verbum absolutum haberet: quod sententia desiderat. At inauditum est ἰθίλομαι. Lyricum decere duriorem rationem per participia ἐρίσας (ἦν) (deb. ἐρίσαις) Pauw. censet cum Oxoniens. Equidem haud vereor legere ἔρισαν; nisi Ποσειδᾶν pro vocativo habeas, ut scribas ἔρισας, *et tu, ô Neptune, contendisti.* 63—4. ἔμ- μεναι male Crat. c. Aldo. 64. ἔσχεν erat. ἴσχειν haud dubie cum Schmidio legendum, ut anapæstum habeamus; monet etiam Pauw. 67. -των ἤκου- Molossus pro Choriambo: quod ferri vix potest, Pauwio quoque judice; emendat ille θεσφάτων ἀκόσαν: ab ἀκοάω, nova forma pro ἀκούω. Cur non Schmidium audiebat multo elegantius emendantem: θεσφάτων ἰσάκουσαν? θεσφάτων ἄϱ' ἄκουσαν Mingarell. conjecit.

55. Æaci filii nepotes ἀϱίστευον (ἐν τῷ) ἀμφίτϱιτον (σὺν) αἰνοϱέᾳ ὁμαδον χάλκεον τοὐϱίστα. 58. *Hæc*, has laudes ac virtutes Æacidarum, *recordati sunt dii*, (deorum cœtus,) *cum de Thetidis nuptiis certamen inter eos esset, easque decreverunt Peleo*: ut v. 84. videbimus. Conf. Apollon. iv. 791. sqq. Schol. Lycophr. 178. sq. —In 61. substitue ἔρισαν: cf. var. lect.

65. ἄμβροτοι θεῶν ϖραπίδες sunt ipsi illi duo dii, Jupiter et Neptunus; ii destiterunt a consilio ducendi Thetidem.

67. Θέμις εὔβουλος fatidica; ut jam vidimus βουλὰς, *consilia*, pro *vaticiniis* dici: Isthm. vii. 11. ϖυκναῖς Τιϱισίαο βουλαῖς. Unde et εὔβουλος Nereus Pyth. iii. 162. et Themis jam Ol. xiii. 12. Εἶπε δὲ, pro γὰϱ, *vaticinata est*. Εἶπεν, ὅτι, ϖεπϱωμένον ἦν, τὴν Διὸς ϖοντίαν τικτεῖν γόνον, ἄνακτα ϕέϱτεϱον ϖατϱός. Ad rem v. Æschyl. Prometh. 930. et

Δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις·
Εἶνεκεν ϖεπρωμένον ἦν, φέρ-
τερον γόνον ἄνακτα ϖατρὸς τεκεῖν
Ποντίαν θεὸν, ὃς κεραυνοῦ
Τε κρέσσον ἄλλο βέλος
Διώξει χερὶ τριό-
δοντός τ' ἀμαιμακέτου,
Διὶ μισγομέναν
Ἢ Διὸς ϖαρ' ἀδελ-
φοῖσιν. Ἀλλὰ τὰ μὲν
Παύσατε. Βροτέων
Δὲ λεχέων τυχοῦσα
Υἱὸν εἰσιδέτω θανόντ' ἐν
Πολέμῳ, Ἄρεϊ
Χέρας ἐναλίγκιον
Στεροπαῖσί τ' ἀκμὰν ποδῶν.
Τὸ μὲν ἐμὸν, Πηλεῖ θεύ-

70. Deficiente syllaba ut antitheticis responderet versus, γόνον ἄϱ' ἄνακτα inservit Schmid. γόνον γ' ἄνακτα Pauw. utpote in Iambico. ϖατέϱος Mingarell. ut tertius pes iambici sit dactylus. 73. χειϱὶ cum Schmidio haud dubie scribendum pro χωϱί. 75. Ζηνὶ refinxit Schmid. propter antitheticos. Antispastum hic a pyrrhichio incipere ait Pauw. 76. ϖαϱ' scil. jungenda: ἢ Διὶ ϖαϱαμισγομέναν ἢ Διὸς ἀδελφοῖσιν. (pro uno ἀδελφῷ Neptuno.) Esset tamen lenius ϖιϱ. ἢ Διός ϖιϱ ἀδελφοῖσιν. Assentitur quoque Mingarellus. Præclare mox oratio Thetidis obliqua in rectam transit. 79. λιχέων dissyllabum. Nisi malis antispastum esse pentesyllabum. τυχοῦσα deb. τυχοῖσα. 82. χεῖϱας erat. χέϱας ad metrum cum Schmidio legere etiam Pauw. jubet. 84. Πηλεῖ θεά- Ald.

Schütz. p. 156. Prometheo tribuitur apud Quintum v. 338. —73. ὃς διώξει, pro κινήσει. Fere ut Apollo fides Nem. v. 44.—75. ϖαϱαμισγομέναν (ἢ) Διὶ ἢ Διὸς ἀδελφοῖσιν pro ἀδελφῷ Neptuno. Mox, 77. ex oratione obliqua fit recta.

78. sq. Habeto virum mortalem, e quo susceptura est, fatali necessitate, filium patre præstantiorem; at ille non immortalis erit; quin præmatura morte occumbet.

84. Usu loquendi sic constituenda esse videntur: (κατὰ) τὸ μὲν ἐμὸν, κατ' ἐμὲ, *mea sententia*, (δεῖ) θεύσαι.—86. φασὶ, τὸ

μοιρον ὀπάσαι γάμου Αἰ- 85
ακίδᾳ γέρας, ὅν
Τε εὐσεβέσατόν φασ' Ἰαωλ-
κοῦ τράφειν πεδίον.

Δ. ε'. Κ. κϚ'.

Ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺς

Πηλεῖ θεό- Rom. Crat. Brub. quod nec improbandum censet Pauw. ut dactylus pro tribrachy sit in metro trochaico. Πηλέϊ θεό- Morell. Steph. Ita θεό una syllaba pronuntiandum. Optime Πηλέϊ θεύ- μοιρον Schmidius, adstipulante quoque Pauwio. 85. Colon antispasticum ægrotat. Schmidius ad reliquorum numeros, ὅπασι: ut sit: *meum votum jam destinavit Peleo has nuptias.* Scilicet τὸ ἐμὸν accepit; νόημα, vel φρόνημα. Bened. τὸ μὲν ἐμὸν, (*quod ad me attinet, equidem,*)—ὅπασα. Sed bene se habet vulgata: *Mea quidem sententia est, Peleo conciliare*, ut Peleo procemur has nuptias: ut πασαι γα loco tribrachyos sit. Pauwius transponit: μοιρον γάμου ὀπάσαι Αἰ- — 87. Versus vitio laborat haud uno; primo τι εὐ—hiatu: tum φάσ' correpte, cum syllaba producta sit. Pro τι, καὶ Schmid. Pauw. vel φὰν emendare jubet, vel, quod ipse mavult, τί φασιν εὐσεβέσατον Ἰωλ- Sive Ἰωλκὸς scribas, sive Ἰαω- una syllaba pronuntics, idem est; sic sup. Pyth. iv. 137. Nem. iii. 58.— 88. τραπεῖν emendatio est Oxoniensium, a Benedicto mutuata, ut sit πεδίον Ἰ. pro urbe Iolco, quam *evertit* Peleus, secundum Nem. iv. 88. sed ibi v. 90. προτραπὼν plane alio sensu positum. Constans lectio est τράφειν, eaque ad sensum bona: *quem alit Iolci solum* sc. mons Pelius in vicinia urbis situs. τραφεῖν, quod Oxonienses laudant, nusquam occurrit; τράφειν est Æolicum, *i. e.* antiquum, pro τρέφειν. Alias licet τράφειν vel τραφὶν scribere, pro τραφεῖν. 89. ἄφθίτου—Χείρωνος conj. Benedictus, nisi sit antrum ἄφθιτον propter incorruptam Chironis disciplinam, *purum, intemeratum.* Ita et Pauw. cum

πεδίον Ἰαωλκοῦ τρέφειν αὐτὸν τὸν εὐσεβέσατον: h. e. αὐτὸν εἶναι εὐσεβέσατον,

89. ἀγγελίαι ἰόντων, pro ἦτησαν. *Perferatur statim nuntius ad Chironem.* 91. *Neque Thetis iterum esto causa dissidii inter deos, et hac nocte statim nubat Peleo.* Πίτναλα νυκίων sunt *sententiæ diversæ dissidentium inter se.* Pro quacunque nocte laudat, ut poeta, noctem *sublustrem* luna dimidiata: ἐν διχομηνίδι ἰσπείρᾳ.— 96. χαλινὸν παρθενίας. Vix cogitavit poeta de zona. Verum χαλινὸς est δεσμός. Si virginitas *solvitur*, potest etiam *vinculum*, nexus, ἄμμα, δεσμὸς, recte ei tribui.—99. Jupiter et Neptunus ἐπίνωτα.

Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι·
Μηδὲ Νηρέως θυγάτηρ νει-
κέων τῶτελα δὶς ἐγγυαλιζέτω
Ἄμμιν· ἐν διχομηνίδεσσι
Δὲ ἑσπέραις ἐρατὸν
Λύοι κεν χαλινὸν ὑ-
φ' ἥρωι ταρθενίας.
Ὡς φατο Κρονίδαις
Ἐννέποισα θεά.
Τοὶ δ' ἐπὶ γλεφάροις
Νεῦσαν ἀθανάτοι-
σιν. Ἐπέων δὲ καρπὸς
Οὐ κατέφθινε. Φαντὶ γὰρ συν-

aliis. Durum vero. Mihi sic videtur: aut antri naturam saxis montium excisi intelligit: quis enim non sentiat animum esse ἄφθιτον, διὰ τὸ στιβὸν, a soliditate nativa; aut ἄφθιτος dictum est, ut θεσπέσιος, ἀθάνατος, θεῖος, simpliciter in laudem, pro *eximius, præclarus*; ita antrum Chironis στιβὸν dixit poeta Pyth. ix. 50. et iv. 410. ἄφθιτον γραμπὰν de aureo vellere dixerat. At prior interpretatio facile firmatur usu Homerico, qui quæ *aurea*, adeoque ἄφθαρτα, sunt, appellat ἄφθιτα, ut sceptrum Agamemnonis β'. 46. ἴτυς χρυσίη radiorum rotæ ε'. 724. θρόνον ξ'. 236. ex ære δῶμον ἄφθιτον σ'. 370. et δώματα χρύσια ἄφθιτα αἰεὶ Iliad. ν'. 22. 91. Scribendum μηδὲ cum Morell. Steph. Mox in διχομηνίδεσσι ἑσπέραις male urgent plenilunium intpp. Ornat poeta noctem; nihil amplius. 92. Reprehendit Galen. tom. iii. Opp. p. 38. extr. ed. Basil. Pindari ἀκμαιῷ πίταλα pro fontibus, quod in deperdito carmine lectum esse debuit; ad hunc versum non spectat. πίταλα h. l. dicta sunt ut φύλλα, ψῆφοι, pro sententiis vel suffragiis. 94. δὲ ἑσπέραις. Nisi poeta per digamma extulit, fuit δέ θ' ἑσπέραις. 99. βλίφαροις Schmid. nec apparet, cur repente Dorismum damnaverit, jam ex supp. notum.

101. ἐτέων δὲ καρπὸς οὐ κατέφθινε. Pro vulgari: *nec verba caruere eventu.* Καρπὸς ἐτέων, *verborum effectus*, ut floris fructus est. Οὐ κατέφθινε, *non decidit*, adeoque vigorem et vim habet. Schneider. in Vita Pind. p. 129. docte comparat Æschyl. vii. ad Theb. 625. εἰ καρπὸς ἔσται θεοφάτοισι λοξίου. Et Eumenid. 717. μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι (τοὺς ἐμοὺς χρησμούς.)

102—8. ἄνακτα, *Peleum.* Narrant quoque Peleum una cum diis curasse, properasse nuptias; Peleo nuptias Thetidis probatas esse.— 105, 6. Pro vulgari: natus quoque est

αλέγειν καὶ γάμον
Θέτιος ἄναντα. Καὶ
Νέαν ἀνέδειξαν σοφῶν
Στόματ' ἀπείροισιν ἀρε-
τὰν Ἀχιλέος· ὃ καὶ Μύ-
σιον ἀμπελόεν
Αἵμαξε Τηλέφου μέλανι ῥαί-
νων φόνῳ πεδίον·

Δ. γ'. Κ. κβ'.

Γεφύρωσέ τ' Ἀτρεΐδαισι νόστον,
Ἑλέναν τ' ἐλύσατο, Τροΐας

105. Mutilum colon; multo etiam magis apud Ald. νέαν δεῖξαν. Schmid. pulchre explet: παρὰν ἔδειξαν. Pauw. etsi damnare nequit, tamen præfert trajecta voce: ἀνέδειξαν νέαν σοφῶν. 106. ἀπείροισιν ad metrum Schmid. et Pauw. cum esset ἀπείρους. Etiam Aldus στόμασ' ἀπείροισιν. 107. Ἀχιλίος, pro Ἀχιλλίος, ad metrum Schmid. et Pauw. emendarunt. 111. Ἀτρεΐδαισι vulgg. quod nullo modo defendi potest. Ἀτρείδαισι vel Ἀτρείδαισι Benedictus jam conjecerat. Nec ab Ἀτρεύς aliud ducitur: cf. Eustath. p. 13. 112. Τροΐας Schmid. nam brevis requiritur, pro Τρωΐας. Post

ex eo conjugio Achilles, dicta sunt: *et poetarum carmina juvenilem Achillis virtutem declararunt ignaris:* h. iis qui nondum audiverant.— 107. ὃ καὶ, ὃς καὶ, *inter alia*,—De *Telepho* jam v. 52. memoraverat.

111. γεφύρωσι νόστον, *effecit reditum* Atridis: ut Troja capta redire possent. Similis vocis usus est in eo, quod, quæ transiri et permeari possunt, γεγεφυρῶσθαι dicuntur. Hesych. γεφύρωσι, διαβατὴν ἐποίησε τὴν ὁδόν, et Polyb. γεφυροῦν τὴν διάβασιν. Sententia ipsa frequentata est poetis inde ab Homero Iliad. ω'. 243. ῥηϊτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσι δὴ ἔσεσθε κείνου τεθνειῶτος ἰναιχέμεν. Et Horat. ii. 4. 12.— *ademptus Hector tradidit fessis leviora tolli Pergama Graiis.*—113—18. ἰκταμὼν δορὶ Τρωΐας ἶνας, (*nervos, vires, Trojanorum*, h. e. προμάχους,) Μίμνονός τι βίαν, ὑπέρθυμον Ἕκτορά τε, ἄλλους τε ἀρίστους, ταί (refertur ad ἶνας) μιν ῥύατο (*sustinuerunt, repulerunt*) κορύσσοντα ἔργον μάχας ἰναρίμβροτον ἐν πεδίῳ, *instruentem pugnam in campo*, pugnantem in acie: nam κορύσσειν, *armare*, tum, *instruere, parare, moderari.* Ut ap. Homerum κορύσσειν πόλεμον: et βίαν sup. Pyth. viii. 106.— 121. οὖρος Αἰακιδᾶν, h. ἀρχὸς, ut apud Homer. οὖρος Ἀχαιῶν. 123. *Suam gentem illustravit.*

Ἴνας ἐκταμὼν δορὶ, ταί μιν
Ῥύοντό ποτε μάχας ἐναριμβρότου
Ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσοντα, Μέμνονός τε βίαν
Ὑπέρθυμον Ἕκτορά
Τ ἄλλους τ' ἀριστέας· οἷς
Δῶμα Περσεφόνας
Μανύων Ἀχιλεὺς,
Οὖρος Αἰακιδᾶν,
Αἴγιναν σφετέραν
Τε ῥίζαν προφαινε.
Τὸν μὲν οὔτε θανόντ' ἀοιδαὶ
Ἔλιπόν γ'· ἀλλά οἱ
Παρά τε πυρὰν τάφον
Θ' Ἑλικώνιαι παρθένοι
Ἔσαν, ἐπὶ θρῆνόν τε πολύφαμον ἔχευαν. Ἔδοξεν

Τρωΐας interpungit Crat. 114. Editum erat ῥύοντό ποτ' ἐκ μ. Iterum ejeci ἐκ, quod jam sustulerat Schmidius, ut colon parilibus adaptaret. Conf. Pauw. Τρωΐαι, seu Τρόϊαι, ἶνες, *nervi et robora belli*, ii, ad quos summa belli redibat, Memnon, Hector, et reliqui ἀριστῆς. Sed ῥύοντο suspectum est; vertunt: *avertebant eum*. Ab ἐρύοντο ductum esse non potest; si quidem ι sic in principio abesse non posset. Debet ἐρύοντο, ῥύοντο, ductum esse a ῥύομαι, *servo, tueor*. Hoc tamen priorem habet longam. Attamen ea etiam in versus Iambici capite recte locum obtinet. ῥύοντο, *retardarunt, obstiterunt*. Supra nos tenebat simili positum sensu ἐρυσάρματος νόσου γλυκυῦ, Nem. ix. 54. 115—16. κορύσσοντα Ald. Rom. sed emendavit Crat. 120. Ἀχιλλεὺς iterum inverat Rom. Ἀχιλεὺς cum Aldo Schmidius restituit. 122. Αἴγιναν media brevi: v. ad finem Carminis. 123. περίξαν omnes vett. Emendavit Morell.— 125. Erat ἐλίποντ'. Si semper λείπεσθαί τινος dicitur, et λίπειν τινά, utique ἔλιπον γ' legendum, ut sup. Ol. vii. 109. λίπον γ' legendum erat cum Ald. et aliis, emendante quoque sic Daweslo Misc. Crit. p. 51. 128—9. Sensus sic satis constat: sed cola laborant. Aldus versum 128. finit: πολύ- 129. φαμον ἔχευαν. Ἔδο-

124. sq. V. Homer. Od. ω'. 58. —129. *Et probarunt, justum esse judicarunt, dii, tradere carminibus virum præclarum etiam post mortem.* Διδόναι ὕμνους, ut *tradere Musis* ap. Horat.

Ἄρα δ' ἀθανάτοις,
Ἐσλόν γε φῶτα καὶ φθίμενον ὕ-
μνοις θεᾶν διδόμεν.

Δ. ζ. Κ. κβ'.

Τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἔσσυταί τε
Μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέους
Μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι,
Γεραραί τέ μιν, ὃς Ἴσθμιον ἂν ἀπὸ
Δωρίων ἔλαχεν σελίνων·
Ἐπεὶ περικτίονας

130. ξ' ἄρα δ' ἀθανάτοις, et Romana: πο- λύφαμον ἴχναν. ἴδοξεν Ἄρα δ' ἀθανάτοις. Emendat itaque Schmidius: ἴσαν, ἐπὶ θρῆνον ἰύ-φαμον ἴχεαν. ἔδοξεν, etc. pro ἴσαν tamen malit ἴσαν. Pauw. vero: ἴσαν, ἐπὶ θρόον τε πολύ- φαμον ἴχναν. ἔδοξεν, etc. Lenior, puto, medicina est: γὰν ἐπὶ θρῆνόν τε πολύ- φαμον ἴχναν· ἔδοξεν, etc. γὰν pro ἴσαν, ἴσ-ησαν, notum est. Incidit quoque in hoc Mingarellus. 131. Aldus corrupte ἐς λόγον γε. 133. τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον. Acceperam: *id quod etiam in præsenti rationem et locum habet*, in hoc Nicocle non minus valet, quī, etsi jam fato functus, laudandus mihi est. Nam mortuum jam fuisse declarat μνᾶμα. Schmidius acceperat: δι' ὃ ὁ Ἀχιλλεὺς φέρει λόγον (*reportat laudem, celebratur*) καὶ νῦν.— 136. Genuinum Pindari textum sine libris hic expectare non licet. Schmidius refinxit: γέραρέ τί μιν· ὃς Ἴσθμιον αὖ ἀπὸ, et subintelligit Ἴσθμιον γέφανον. Benedictus: γε-ραραί τί μιν, ὃς Ἰσθμιάκος ὢν Δ. quæ pedestria sunt. Pauw. tandem nova voce procusa: γεράσαι τί μίν γ', ὃς Ἴσθμιον ἄρ' ἀπὸ, ut Ἴσθμιον γέφανον vel γέρας subintelligatur. Mingarell. γέραρέ τί μιν, ὅς· Ἴσθμιόν ἀν' πεδίον vel δάπιδον. Sic tamen Δωρίων σελίνων sine regimine relinquitur. Equidem conjiciebam: γέραρέ τί μιν, ὃς Ἴσθ-μιον ἄνθεμον 137. Δωρίων ἔλαχεν σελίνων: quæ jam memoraverat sup. Isthm. ii. 22. Nem. v. 69.— 137. ἔλαχεν metrum postulat. Erat ἔλαχε. 138. Ejecimus turpe mendum Oxoniensium περικτύονας, quod jam Schmidius sustulerat. Vid. sup. Isthm. iv.

133. *Id quod etiamnum rationem habet, et facere consentaneum est; et* (propterea) *procedit Musarum currus* (ut sup. Isthm. ii. 3. h. carmen progreditur) *ad memoriam* patruelis *Nicoclis celebrandam, qui et ipse post multas victorias in certaminibus vicinarum urbium Isthmiacam victoriam consequutus est:* vid. var. lect. 140—1. *invicta manu eos versans*, exagitans, *tanquam* pugil.

Ἐνίκασε δήποτε
Κἀκεῖνος ἄνδρας ἀφύ-
κτῳ χερὶ κλονέων.
Τὸν μὲν οὐ κατελέγ-
χει κριτοῦ γενεὰ
Πατραδελφεοῦ. Ἀ-
λίκων τῷ τις ἀβρὸν
Ἀμφὶ παγκρατίου Κλεάνδρῳ

13. Nem. xi. 24.— 140—1. ἀφύ- κτι Ald. Rom. emendavit primus Ceporinus in Crat. quod et in marg. Brubach. ubi simul vir doctus conj. ἀφῖκται, perperam. 143. γενεὰν Ald. cum Rom. Emendavit Ceporinus in Crat. Possis conjicere fuisse: τὸν μὲν οὐ κατελέγχει κριτὰ γενεὰ πατραδελφιόν. Ita κριτὰ γενεὰ, ut κριτὸν γένος Pyth. iv. 89. Temere tamen. Nam est inversio Pindarica. Et pro his iisdem est hoc quod legimus. Corrupte quoque v. 150. πάρχει Aldina.

In bibliotheca Medicea bini sunt codices cum Montefalconio tum Bandinio in Catalogo Codd. Gr. Bibl. Medic. tom. ii. p. 201. Cod. xli. et p. 210. Cod. lii. commemorati, qui soli inter ceteros ibi asservatos Nemea et Isthmia complectuntur, alter etiam Scholia pleniora usque ad hujus Odæ versum 137. producta. In iis sub finem subjiciuntur "decem alii versus instar alterius carminis, quorum primus est: κλεινὸς (saltem κλεινὸς scribendum erat) Αἰακῶ λόγος. Ultimus: Μοισᾶν ἀγωνίων τ' ἀίθλων." Vellem apposuisset vir cl. decem hos versus integros, ut de eorum auctoritate tuto pronuntiare liceret. Ad extremam Oden utique nullo modo spectant, quæ et ipsa in suspicionem adduci potest, an Pindarica sit; et Pindaro abjudicavit eam Dawesius Miscell. Crit. p. 52. quod in ea Αἴγινα bis correpta, v. 36. 122. occurrit, quæ quatuordecim in locis et apud alios poetas produci solcat.

142. *Hunc avunculum suum præclarum progenies* h. e. nepos ejus e fratre, *Cleander, haud dedecorat*, οὐ κατελέγχει. Pyth. viii. 50. Isthm. iii. 23.— 144. *Itaque æqualium aliquis* —pro vulgari, *nectatur ergo ipsi corona*.—148. Ludi Megarensium, quos jam vidimus Nem. 84. Σὺν τύχᾳ, *cum fausto eventu*, h. e. victorem: v. ad Nem. x. 47. Νεότης, sunt νέοι κωμάζοντες, ut v. 2.—151. παρέχει, πάρεστι, *suppetit, in promptu est, satis materiæ adest*, ἀγαθῷ h. l. *ingenuo viro*, opponitur invidus. Alibi παρέχειν transitive: παρέχοντι ἵππος Pyth. ii. 124.

Πλεκέτω μυρσίνας
Στέφανον. Ἐπεί νιν Ἀλ-
καθόου τ' ἀγὼν σὺν τύχᾳ
Ἐν Ἐπιδαύρῳ τε νεό-
τας ὥριν ἔδεκτο. Τὸν αἰνεῖν
Ἀγαθῷ παρέχει.
Ἦεν γὰρ οὐκ ἄπειρον ὑπὸ χει-
ᾷ καλῶν δάμασεν.

Hoc uno puncto confectam rem equidem pronuntiare vix ausim, inprimis cum tota ratio et ipsa labefactari possit, quandoquidem in utroque versu Ἄγινα quoque mediam productam habere potest. Exemplum aliud in contrariam partem habemus sup. Isthm. v. 55. sed et ibi pro producta haberi potest syllaba.

153. ὑπὸ χιᾷ, *in latebris*, in otio obscuro *non perdidit, non consumpsit juventutem inexpertam studiorum honestorum.* Ut alibi, Ol. xi. 18. ἀτιέρωσα καλῶν. Δαμᾷν dictum ut sup. Pyth. iv. 331. φίσσιν. Nam quæ domantur, v. c. aqua, molliuntur, consumuntur, diffluunt.

ΤΕΛΟΣ.

# ADDENDA.

MONUI in præfatione, ad meum consilium et operis formam haud spectare accuratam commemorationem omnium, quæ a criticis passim in Pindaro tentata fuerunt. Est tamen e criticis recentissimis unus, ingeniosus et doctus vir, GILBERT. WAKEFIELD, cujus Silvas cum evolverem, incidi in multa, quæ in Pindaro partim observavit partim tentavit, nova dignaque, quæ h. l. adjicerem.

## OLYMPIA.

I. 14. Verba impediti sensus: ὄθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι expedita esse censet iis, quæ præmiserat ex Ev. Lucæ ii. 19. συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ, et ex Aristoph. Lys. 28. πρᾶγμ' ἀνεζητημένον πολλαῖσι τ' ἀγρυπνίαισιν ἐρριπτασμένον. (P. v. p. 63.) Velim doceri, quomodo hæc sibi mutuam lucem fœnerentur.

I. 69. ἵνθα δευτέρῳ χρόνῳ tentat ἵνθ' ἀφ' ὑστέρῳ χρόνῳ, (Part. iii. p. 182.) quod factum nolim.

II. 113. χθόνα ταράσσοντες em. χαράσσοντες. et κινεῖν περὶ δίαυλον. e Schol. (Part. ii. p. 85, 86. alterum tamen hoc ipse damnavit Part. iv. p. 146.) ibid. in Schol. corrigit τῷ κόπῳ τῷ ἀπὸ τῆς χειρός.

II. 126. ἵτυλαν Διὸς ὁδὸν em. ἰτέλισαν. (Part. ii. p. 3.)

II. 158. defendit dualem γαρύετον, ut sit pro plurali γαρύουσι. (Part. i. p. 59.)

VII. 27. εὐθυμάχαν ἄνδρα, *qui ex adverso pugnat, recta in hostem tendit*, ut εὐθυφερὴς, εὐθυτενὴς, et alia. Sicque Pyth. iv. 148. εὐθὺ ἰὼν, Ol. xiii. 133. εὐθὺν ῥόμβον. Idem est apud Hom. ἰθὺς

μάχεσθαι, ἰθὺς ἀκοντίζειν. Ipse explicat *legitimum pugnatorem* Part. i. p. 76.

X. 10. βαθὺ χρέος mutat in βραδὺ χρέος. (Part. i. p. 14.)

IX. 147. φάρμακον αὐρᾷ bene illustrat Hipponacteo choliambo χλαῖναν, φαρμακὸν ῥίγους ap. Schol. Lycophr. 855. quæ Homero est ἀλεξάνεμος. (Part. i. p. 77.)

XIII. 163. ἀλλὰ mutat in ἄρα (quod miror), et τίλει δ' αὐδῇ δίδου. (Part. ii. p. 97.)

## PYTHIA.

III. 38. ὅσις αἰσχύνων ἐπιχώρια. mutat αἰσχαίλων. (Part. iii. p. 175.) at ibid. probat ἴφθαρεν v. 66.

IV. 133. παρδαλίαι γίγετο. scribit παρδαλίᾳ. (Part. i. p. 77.)

IV. 326. ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα περῴκοντας, in Boreadis transfert alas ab humeris in caput pone aures, πτεροῖσιν ὦτα. Sic quoque in Apollon. Rhod. i. 221. ἀμφὶ δὲ νώτοις in ἀμφὶ δ' ἐν ὠσὶ (etsi non memini usquam dictum aliter quam ὦσι vel ὠσὶ) Part. i. p. 27.

VI. 4. ἐς ναὸν προσοιχόμενοι. em. παριεχόμενοι. (Part. ii. p. 135.)

VIII. 94. σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς ἐπάγαγες. em. ὕμνοις τ'. (Part. iii. p. 113.)

## NEMEA.

I. 109. δώμασι—δόμον. vitium in priore quærit, et em. τρώμασι. Mox quoque αἰνήσαν mutat in ἀντήσαν. (Part. i. p. 77.)

II. 33. ἐν ἑσλῷ Πίλοπος πτυχαῖς mutat in ἐν ἄλσους Π. Adsciscit quoque Κορινθίων. (Part. i. p. 77.)

III. 112. ἄραρε mutat in ὄρωρε. (Part. i. p. 78.)

IV. 68. ἴδωκε Πότμος ἄναξ. vertit in ἄπαξ. (ibid.)

V. 30. Locum sic refingit P. iv. 104. ἔ τοι ἅπαντα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον 'Αλάθει' ἀτρεκίς. καὶ τὸ σιγᾷν πολλάκις ἐσ- τὶ σοφώ- τατον ἀνθρώπῳ νόαμα. Non *semper* melior est *naturalem* ostendens *faciem* veritas; silere sæpe est etiam *homini* sapientissima *cogitatio*.

VIII. 50. πολιμιζόμενοι. legit πιλιμιζ. ex Schol. ubi legitur κινούμενοι. reddit *sese quatientes*. (Part. i. p. 79.)

X. 129. ἀπ' ἀπόχρωσιν. em. ἀπίχρωσιν, ut sit transitive dictum. (Part. i. p. 61.)

## ISTHMIA.

IV. 60. ita refingit: τὰν ὀλίγᾳ ἐν νυκτὶ παρὼν (a αὐξεῖν) ἀμφὶ δ' Φασγάνᾳ μομφὰν χίον παίδεσσιν Ἑλλάνων. (Part. iii. p. 153.)

——86. αἰχμᾷ. substituit ἀκμᾷ. at Horat. *cuspide pugnax.* (Part. I. p. 33.)

* * * * *

Ne ἀσύμβολος discedam de corna, quandoquidem nullus dies abit, quin in literis nostris aliquid mutandum, emendandum, aut supplendum occurrat, adjiciam unum et alterum hisce diebus animadversum:

Pyth. ii. 38. δρεπεὶς, non debebam de forma hac dubitare. Occurrit ea in Fragment. Scolio ii. 4. p. 16.

Pyth. iv. 230. πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν. Ad Tibull. i. 5. 76. laudavi ex epigrammate apud Reinesium, illustrato a Valken. Diatribe, p. 233. Ζῆθι κάλων τίνας οὔριον εὐφροσύνας.

Pyth. ix. 104. Ἄγχιστον præstat disjungere a ceteris, ut sit unum e nominibus Aristæi.

Nem. vii. 9. εἴργει δὲ—forte expeditior est oratio, si εἴργεις scribitur, ut ad Ilithyiam hæc spectent; *tu es illa quæ:* nam sequitur σὺν δὲ τίν.—Sententia est illa frequentata, quam etiam monostichis pluribus expressam habemus ap. Stobæum Ecl. i. 13. in quibus est Γνῶ τὸ θεῖον εὐτυχῆ δωρήματος. hominis Christiani, quod, si sensum habuit, esse debuit εὐτυχῆ καὶ δυσνχῆ aut simili modo.

Subjungam quoque aliquot Fragmenta nuper animadversa:

Nescio an ad Pindarum referendum sit, quod apud Didymum Alex. legitur de Trinit. Dei, lib. iii. c. 1. p. 320. ed. Bonon. Θεὸς ὁ τὰ πάντα τεύχων καὶ χάριν ἀοιδᾷ φυτεύει. ita enim est legendum pro ἀοιδὰ φοιτεύει. *carminis quoque suavitatem impertit.*

Priora ὁ τὰ πάντα τεύχων convenit cum laudatis e Clemente: Fragm. p. 96.

P. 59. κουροτρόφος ἐλπὶς etiam apud Jo. Chrysostomum adv. oppugnat. vitæ monast. lib. iii. 10. tom. i. Opp. p. 74. d. Montf. occurrit.

P. 73. in versu ex Plutarcho μανίαι τε ἀλαλαί τε δεινομένων legit μανίφτι ἀλαλᾷτι Tyrwhitt. ad Aristot. Poet. p. 172. (Paulo ante ὠμοφαγίαι fefellit ŏculos pro ὠμοφ. et i. 6. Plut. Qu. Conv. v. corr. i.)

Schol. Ven. Iliad. ο'. 137. μάρψω—κυρίως χερσὶ συλλήψεται· μάρψη γὰρ ἡ χεὶρ κατὰ Πίνδαρον. ὅθεν καὶ εὐμαρές.

Ibid. v. 256. καὶ Πίνδαρος "χρυσάορα Ὀρφέα" φησί.

Philodemus de Musica, col. xxi. 8. Monim. Herculanens. tom. i. p. 91. καὶ τὸν Πίνδαρον οὕτω νομίζειν, ὅτ' ἴφη "θύσειν ποιήσεσθαι διθύραμ-"ζον," *se divino spiritu percitum facturum esse dithyrambum.*

Apollonius Dyscolus in Excerpt. Grammat. ad calc. Maittairii de Dialect. per Reiz. p. 428. μιν. Ἴωνες διὰ τοῦ μ. Δωριεῖς διὰ τοῦ ν. τάσσεται ἐπὶ πλήθους. ὅτις δὴ τρόπος ἐξεκυλίσθη νιν. (an ἐξεκύλισσέ νιν.) Πίνδαρος Ἰσθμιονίκαις·

προσφωνεῖτέ νιν ἐπὶ νίκαις.

Illud animo teneri velim, quoties a me in Notis ad Pindarum Fragmenta laudantur, numeros paginarum editionis prioris Schneideri esse intelligendos.

# PINDARI

# CARMINA.

# OLYMP. I.

## HIERONI SYRACUSANO,

### EQUO CELETE VICTORI.

PRÆSTANTISSIMA quidem [inter cetera elementa] est aqua, et aurum, ardens ignis velut nocte, fulget superbas inter divitias. Si vero certamina canere gestis, anime mi, nec sole circumspice aliud, quod interdiu calore suo magis foveat, lucidum astrum, vacuum per aërem: nec Olympico certamen præstantius cantabimus: unde [ductus] celeberrimus hymnus procedit, poëtarum studiis ad cantandum Saturni filium: ad opulentam accedentes beatamque Hieronis domum,—justum qui tenet sceptrum in fecunda gregibus Sicilia, decerpens apices virtutum omnium; ornatur etiam Musicæ (carminum) flore, quemadmodum ludimus hospitalem nos poëtæ frequenter ad mensam. Sed (ô anime mi) Doricam citharam a clavo deripe, si qua tibi Pisæque et Pherenici [equi victoris] decus (laudes) animum dulcissimis immisit (carminis) meditationibus, quum ille ad Alpheum cucurrit, latus nullis calcaribus stimulatum in curriculis habens, ad victoriamque adduxit dominum—Syracusium, equis gaudentem regem. Splendet autem ejus gloria apud generosam Lydi Pelopis coloniam, quem præpotens amavit terram continens Neptunus, postquam eum splendido lebete exemerat Clotho, humero ex ebore nitente ornatum. Sane miræ res sunt multæ; et nonnunquam etiam exornatæ commentis variis fabulæ, hominum mentes ipsa vera narratione efficacius delinire solent;—Gratiaque, (ingenii et orationis) quæ omnia efficit suavia mortalibus, etiam quod incredibile est, afferendo ei dignitatem, efficit credibile sæpenumero: tempora tamen futura testes verissimi. At hominem decet narrare de diis honesta; minor enim sic culpa est [fingere].

Str. 1.

Ant. 1.

Ep. 35.

Str. 2.

43.

Itaque te, fili Tantali, contra quam superiores poëtæ, dicam, quando vocavit pater, ut æquissimum erat, ad epulas suamque Sipylum, vicissim diis cœnam præbens, tunc tridente in-
Ant. 2. clytum [deum] rapuisse—domitum animo amore, aureoque
65. curru altissimam multum venerandi ad domum Jovis [te] transtulisse, quo alio tempore venit Ganymedes, Jovi idem ad ministerium. Ut vero non conspiciebaris amplius, nec ad matrem multum inquirentes viri te reduxerant: statim clam dixit aliquis invidorum vicinorum: aqua ad ignem vehementer fervente elixata cultro (deos) dissecuisse membra, mensisque frusta carnium tuarum distribuisse, et comedisse.
Ep. 2. —A me vero impetrare non possum, ut helluonem deorum
82. aliquem dicam. Longe absum. Malum consequi solet crebro maledicos. Si vero ullum mortalem Olympi moderatores honorarunt, erat Tantalus hic; sed concoquere (moderate ferre) magnam felicitatem non potuit, insolentiaque sibi contraxit pœnam ingentem, qua pater ejus (Jupiter) superne appendit ponderosum ipsi lapidem, quem semper nitens a capite amoliri, a lætitia longe abest (perpetuo metu
Str. 3. angitur).—Tolerat vero ærumnosam hanc vitam, continuum
95. hunc quartum post tertium laborem, Immortalium quoniam furto ablatum nectar ambrosiamque, quibus immortalem eum fecerant, æqualibus convivis dederat. Si quis enim clam deo facere aliquid posse sperat, fallitur. Ideo remiserunt ei filium Immortales ad cito-morituram rursus hominum gentem. In florida autem ætate quum lanugo nigrum ejus mentum obduxisset, propositum (certamine) conjugium studuit,—
Ant. 3. illustrem Hippodamiam, a patre Pisata obtinere. Prope au-
112. tem accedens ad canum mare solus in tenebris, inclamavit gravistrepum tridente-insignem Neptunum; isque ipsi ante pedes coram apparuit. Tum illi dixit: Amabilia dona Veneris, age, si quid, Neptune, gratiæ apud te habent, cohibe hastam Œnomai æream, meque in velocissimis deduc curribus ad Elidem, victoriæque fac compotem; nam tredecim
Ep. 3. jam amatoribus interemptis differt nuptias—filiæ. Magnum
129. quidem discrimen imbellem virum non capit; mori autem quibus fatalis necessitas est, quid quæso aliquis ignobile senium, in tenebris sedens, consumat frustra, omnium laudum expers? Atqui ego quidem hoc certamen subibo: tu vero eventum optatum dato. Sic dixit: neque irritis aggressus est eum precibus. Ei gratificans dedit deus currum aureum
Str. 4. altosque indefessos equos.—Tum (cursu) vicit Œnomaum
142. fortem, virginemque duxit conjugem, genuitque duces sex, Virtutum alumnos, filios. Nunc inferiis splendidis honoratur, ad Alphei alveum sepultus, tumulum undique patentem

tactus, frequentissimam hospitibus apud aram. Fama vero Pelopis eminus fulget, Olympicorum certaminum in cursibus, ubi velocitas pedum certat vigorque roboris ærumnas perferentis, victorque reliquam per vitam dulcem tenet felicitatem—victoriæ præmiis sibi paratam. Quæ autem constanter permanet felicitas, summa habetur nulli non mortali. Ant. 4. 159. Me autem coronare istum [Hieronem] modis, quibus victoria equestris ornatur, Æolico carmine, oportet. Persuadeo mihi enim, me hospitem nullum et honestarum rerum peritiorem alium et potentia præstantiorem, ex nostris quidem hominibus, inclytis exornaturum esse hymnorum strophis. Deus adjutor tuis prospicit cum solicitudine, ô Hiero, studiis (laudum, certaminum). Hic nisi cito te destituet, adhuc suaviorem spero—cum quadriga celeri [victoriam tuam] me Ep. 4. 176. celebraturum esse, apto carminis argumento reperto, apud apricum collem Cronium. Mihi itaque Musa validissimum robore telum servat. Aliis rebus alii excellunt, summaque felicitas fastigatur regibus. Noli spectare ulterius. Utinam et tu talis in sublimi diu incedas; et ego inter tantos victores versor, conspicuus canendi arte inter Græcos ubique.

## OLYMP. II.

# THERONI AGRIGENTO,

### CURRU.

CITHARAM regentes hymni, quem deum, quem heroa, Str. 1. quemve virum cantabimus? Sane (conveniunt uno in argumento) Pisa quidem Jovi sacra, Olympicumque certamen instituit Hercules, primitias manubiarum belli; Theronem autem quadrigas ob victrices celebrare juvat voce, justum hospitem, columen Agrigenti, clarorumque patrum decus, civitatis tutelam.—Qui (patres) quum tolerassent multa ani- Ant. 1. mose, sacram fluvii tenuere sedem, Siciliæque fuerunt lumen: tum vita eos excepit felix, opes gratiamque afferens veris virtutibus. Sed, ô Saturnie, nate Rhea, sedem Olympi gubernans, certaminumque apicem, alveumque Alphei, placatus carmine, agrum patrium serva propitius porro ipsorum—postero generi. Quæ facta quidem sunt, seu juste seu injuste,

horum irritum ne tempus quidem omnium parens possit efficere eventum; in oblivionem tamen, secundam inter fortunam, venire ea possunt. Prosperæ enim felicitatis usu ma-
Str. 2. lum infestum superatum obliteratur,—quando dei numen mit-
37. tit eminus beatitatem excelsam. Congruit sententia in pulchrithronas Cadmi filias, quæ sunt magna (mala) expertæ; sed concidit gravis luctus majore victus felicitate. Vivit inter cœlites interempta quidem fragore fulminis crinibus prolixis ornata Semele; semper adamat eam Pallas et Jupiter
Ant. 2. Pater, amatque Filius hederiger.—Aiunt etiam in mari inter
51. Nerei filias marinas vitam per omne tempus immortalem Inoi constitutam. Sane mortalibus non cognitum est, num vitam usque ad mortem, ne diem quidem num unum, filium solis, tranquillum stabili cum fortuna acturi simus. Vicissitudines enim gaudiorum et ærumnarum alias aliæ ad ho-
Ep. 2. mines accedere solent.—Atque sic Parca, quæ paternam is-
65. torum tuetur lætam fortunam divinitusque datas opes, aliquam etiam contrariam alio tempore cladem induxit, dum quidem interfecit Laium fatalis filius obviam factus, Pythonis-
Str. 3. que antiquum oraculum ad eventum adduxit.—Quod quum
73. vidisset acris Erinnys, occidit mutua cæde sobolem ejus bellicosam. Superstes autem mansit Thersander interempto Polynici, juvenilibus in certaminibus prælüisque belli gloria insignis, Adrastidarum germen. E cujus semine ortum Ænesidami filium decet carminum lyræque consequi laudes.—
Ant. 3. Olympiæ enim ipse præmium accepit, Delphis vero inque
87. Isthmo quadrigarum duodecies curriculum emensarum coronam in consortem etiam fratrem communes Gratiæ (victoria) deduxerunt. Felix autem successus experientem certamen liberat ab ærumnis. Opulentia vero virtutibus ornata sustinet adversa et secunda, utut obveniunt, adhibito graviore
Ep. 3. severioreque judicio,—sidus insigne, verum homini lumen:
101. quam si quis tenet, novit is (tenet memoria) futurum, quod mortuorum illic statim impiæ mentes pœnas luunt. Namque delicta in hoc Jovis imperio sub terra judicat aliquis,
Str. 4. infesta sententiam dicens necessitate.—At boni nocte pariter
109. dieque semper sole fruentes ærumna carentem degunt vitam, non terram moventes robore manuum, neque ponti undam, tenuem propter victum: sed apud principes deorum, quicunque studuerunt justitiæ, illacrymosam agunt vitam; illi
Ant. 4. vero aspectu horrendam tolerant ærumnam.—Quotquot
123. vero sustinuerunt, ter utrobique degentes, ab omni injustitia animum continere, illi perficiunt Jovis viam ad Saturni urbem, ubi beatorum insulam Oceanides auræ perspirant, floresque aurei fulgent, humo alii, pulchrisque arboribus aqua-

que alii progerminantes, unde sertis et coronis implicant manus,—secundum decreta justa Rhadamanthi, quem Pater habet Saturnus paratum sibi assessorem, maritus Rheæ omnium supremam tenentis sedem. Peleus et Cadmus inter hos numerantur; Achillemque adduxit, quum Jovis animum precibus flexisset, mater,—qui Hectorem prostravit, Trojæ inconcussam firmam columnam; Cycnumque letho dedit, Auroræque filium Æthiopem. Multæ mihi sub cubito celeres sagittæ intra sunt pharetram sonantes intelligentibus, ad vulgus autem interpretibus indigent. Is demum est doctus, qui multa scit naturæ sagacitate; at discendo docti (poëtæ) facti procaces sunt loquacitate, ut ceu corvi irrita garriant—certantes Jovis cum alite divino. Age, anime, intende nunc ad metam arcum. Quemnam petimus missis ex benevola rursus mente gloriosis telis? Sane in Agrigentum intendens dicam jusjurandum veraci mente, nullam urbem centum intra annos progenuisse virum animo in amicos beneficentiorem, manuque largiorem—Therone. Verum laudem impugnat furiosorum hominum insolentia, injuste eam aggressa, id agens, ut obtrectatione sua honesta (facta) occultata obruat pravis factis. Nam arena numerum refugit; ille vero quanta beneficia in alios contulerit, quis recensere ausit?

Ep. 4. 137. Str. 5. 145. Ant. 5. 159. Ep. 5. 173.

## OLYMP. III.

# EIDEM THERONI,

### CURRU.

TYNDARIDIS hospitum amantibus cupio placere pulchricomæque Helenæ, dum inclytum Agrigentum celebrans in Theronis Olympicam victoriam hymnum contexto, indefessorum equorum decus. Musa autem sic sane mihi adstitit, ut, novo reperto modo, Dorico rhythmo hymnum adaptarem —pompam victoris ornantem. Jubis enim innexæ coronæ exigunt hoc a me divinum debitum, citharam ut sonoram cantumque tibiarum hymnorumque carmen Ænesidami filio afferam convenienter. Ipsaque Pisa canere me jubet, unde divina venire solent carmina ad eos,—quibus justus certami-

Str. 1. Ant. 10. Ep. 19.

num judex Ætolus, exequens mandata Herculis antiqua, super palpebras comas cingit glaucicolore decore olivæ. Quam quondam Istri ab umbrosis fontibus asportavit Amphitryonides, monumentum pulcherrimum Olympicorum certaminum.—Str. 2. Populo nempe Hyperboreorum Apollinis cultori persuasit, petiitque ille fidam memoriam servans Jovis hospitali luco umbrosum germen, hominibusque simul virtutis coronam. Jam enim tum ei, post aras patri consecratas, Luna curru aureo vecta, (antea) dimidiata, Ant. 2. pleno sub vesperam lumine affulserat,—jamque magnorum certaminum sanctum judicium ludosque simul quinquennales instituerat divinas ad ripas Alphei: sed nondum pulchras arbores progerminabat ager Pelopis in planitie Saturnii (collis). His destitutus locus amœnus quum videretur ei acutis obnoxius esse radiis solis, tum in terram Istriam ut Ep. 2. contenderet animus eum impulit.—Ibi Latonæ equorum agitatrix filia excepit venientem Arcadiæ a jugis et varie flexuosis recessibus, quum jussu Eurysthei necessitas a patre imposita coegisset eum adducere auricornem cervam, quam Str. 3. olim Taygeta Dianæ dedicans sacram inscripserat.—Hanc insequens vidit et illam terram, flatus a tergo Boreæ frigidi, Ibi arbores admiratus constitit, dulceque eum tenuit desiderium, circa curriculi equestris metam duodecies circumvehendam eas plantandi. Atque etiam nunc ad hoc solenne propitius venit cum alte-cinctæ Ledæ geminis divinis filiis.—Ant. 3. His enim mandavit abiens ad Olympum, ut regerent celebre virorumque de virtute curruumque veloci agitatione, certamen. Me igitur animus impellit pronuntiare, Emmenidis Theronique venisse victoriam, Tyndaridarum equestrium beneficio; quoniam plurimum inter mortales hospitalibus epulis (sacrorum, sacrificiis) plurimis eos colunt,—religiosa mente observantes deorum festa. Ut vero aqua principatum tenet inter elementa, interque opes pretiosissimum est aurum: sic nunc Theron extremum terminum virtute assequutus attingit parta a se *laude* Herculis columnas: ultra quas progredi nec sapientibus est concessum nec insipientibus. Non sane tendam ulterius: vanus essem.

## OLYMP. IV.

## PSAUMIDI CAMARINÆO,

### QUADRIGIS.

JACULATOR fulminis rapidi summe Jupiter, tuæ Horæ revolutæ miserunt me præstantissimorum certaminum testem, cum cantu cithara distincto. In amicorum rebus secundis lætanti statim nuntio dulci audito boni. Sed ô Saturni fili, qui Ætnam tenes, furnum ventosum centicipitis violenti Typhonis, accipe benigne Gratiarum (Musarum) causa hoc carmen,—perenne lumen magnarum virtutum. Psaumidis enim venit curru, qui, olea coronatus Pisatide, decus parare satagit Camarinæ. Deus propitius sit reliquis ejus votis. Laudo enim eum ad equos alendos maxime propensum, gaudentem hospitalitate erga omnes, et ad tranquillitatem civitatis amantem sincera mente conversum. Non mendacio polluam laudem. Experientia utique mortales probat,—quæ Clymeni filium Erginum Lemniadum fœminarum liberavit a probro; æreis armis qui victor cursu ad coronam accipiendam vadens dixit Hypsipylæ: ecce me; celeritati autem manus animusque pares. Nascuntur et in juvenibus cani sæpe etiam præter ætatis congruum tempus. Str. 1. Ant. 1. Ep. 3.

## OLYMP. V.

## EIDEM PSAUMIDI,

### QUADRIGIS.

CELSARUM virtutum et coronarum Olympicarum dulcem florem, Oceani filia, animo hilari, accipe indefessæque mularis rhedæ Psaumidisque dona; qui tuam urbem amplificans, ô Camarina, populorum altricem, aras sex geminas Str. 1.

condecoravit, festo deorum maximo, cum boum sacrificiis ludorumque quinque dierum certaminibus, equorum mularumque curribus, singularique equo. Tibi autem gloriam eximiam victor comparavit, et suum patrem Acronem procla-
Ant. 20. mavit et recens habitatam sedem.—Rediens autem Œnomai et Pelopis ab amabilibus sedibus tuum, ô Pallas, urbium conservatrix, illustrat sacrum lucum, fluviumque Oanum, patriamque paludem, sacrosque alveos, Hipparis per quos labens aquas suppeditat populo, educitque (Psaumis) celeriter stabilium ædium altam silvam, e rerum inopia evehens ad prosperitatem huncce populum civium. Semper quidem in magnis ausis labor sumptusque certant in subeundo opere periculis tecto. Sed qui bene rem gerunt, sapientes iidem
Ep. 39. civibus videntur.—O Servator in altis nubibus Jupiter, Saturniumque inhabitans collem, tuensque Alpheum late fluentem, Idæumque sacrum antrum, ad te supplex venio, Lydiis modulans tibiis, petiturus, ut urbem hanc strenuis viris inclytis ornes: ut et tu, Olympice victor, Neptuniis equis gaudens, fruaris senectute ad finem vitæ tranquilla, filiis, ô Psaumi, adstantibus. Bene constitutam autem si quis felicitatem habet, abundans opibus, laudemque insuper consequutus, is ne temere quærat deus fieri.

## OLYMP. VI.

## AGESIÆ SYRACUSANO,

### RHEDA MULARI.

Str. 1. AURATAS subjicientes bene exstructo domus vestibulo columnas, præclaris velut in ædibus, educemus. Auspicantes enim opus frontem decet ponere longe splendidam. Si vero sit Olympicus victor, aræque fatidicæ Jovis in Pisa præfectus, conditorque nobilium Syracusarum, quemnam ille non consequatur hymnum, nactus non invidorum civium amabi-
Ant. 12. lia carmina?—Atqui sciat, in hoc calceo felicem pedem se habere, (ad se hæc pertinere) Sostrati filius. Periculorum vero expertes virtutes nec inter homines (terra pugnantes) pretio habentur, nec in navibus cavis; sed, præclarum si quid cum labore gestum fuerit, multi ejus meminerunt. In

te vero, ô Agesia, laus ea convenit, quam juste olim Adrastus in vatem Oiclidem Amphiaraum ore proloquutus est, quum terra ipsumque et insignes equos absorpsisset.—Septem enim deinceps rogis cadaverum exstructis, Talaionides pronuntiavit apud Thebas tale aliquod dictum: Desidero exercitus mei lumen, pariterque vatem non minus sapientem, quam hasta pugnando fortem. Quod idem nunc convenit in hymni mei heroem Syracusanum, idque ei neque contentiosus ego neque admodum rixosus, magno jurejurando interposito, diserte testabor: modo mellisonæ permittent Musæ. Ep. 23.

—Junge mihi jam, ô Phintis, robur mularum quam celerrime, ut per viam patentem ducam currum, veniamque ad victorum etiam stirpem. Illæ enim præ aliis duces viæ hujus esse norunt, coronas Olympiæ quandoquidem reportarunt. Consentaneum itaque est portas hymnorum patefacere ipsis; ad Pitanam autem juxta Eurotæ meatum oportet hodie venire tempestive,—quæ a Neptuno compressa Saturnio dicitur filiam violaceis capillis Evadnen peperisse; clam autem gestaverat virgineum fœtum sinu, justoque mense editam infantem famulas jussit educandam tradere heroi Elati filio, qui Arcadibus imperabat Phæsanæ, sortitusque fuerat Alpheum accolere. Ibi educata, ab Apolline compressa dulcem primum degustavit Venerem.—Neque latuit Æpytum omni tempore, (utero) eam celare dei prolem; sed is quidem animo comprimens iram ineffabilem solerti consilio, Pythonem abiit oraculum consulturus hoc de intolerando casu. Illa vero punicea-trama-intextam zonam deponens urnamque argenteam, dumos inter opacos peperit divinum puerum; dum Auricomus adesse ei jusserat placidamque Lucinam Parcasque.—Prodiit igitur ex utero partu amabili statim in lucem Jamus; quem illa quidem dolens (animo) reliquit humi, duo vero cæsii dracones deorum voluntate, curam ejus habentes, eum nutriverunt innoxio (almo) succo apum. Rex autem, postquam petrosa curru vectus rediit ex Pythone, omnes domi interrogabat de puero, quem Evadne peperisset. Phœbo enim ipsum narrabat genitum esse—patre; futurumque inter homines vatem omnium mortalium præstantissimum, neque unquam cariturum progenie. Sic utique nuntiabat. Illi autem nec audivisse nec vidisse se asseverabant infantem, etsi quinto abhinc die natum; enimvero latebat ille in junco rubetoque denso, corpore tenero violarum flavis et purpureis (roris) radiis madefacto. Propterea etiam mater jussit vocari eum omni tempore—hoc nomine immortali. Suavis vero postquam auro coronatæ (pulchræ) accepit pubertatis fructum, in Alpheum medium ingressus, invocavit noctu sub dio Nep- Str. 2. 37. Ant. 2. 48. Ep. 2. 59. Str. 3. 73. Ant. 3. 84. Ep. 3. 95.

tunum late potentem suum avum, et arcitenentem Deli divinitus fundatæ custodem, petens sibi publicum quendam honorem. Respondit autem veridica paterna vox, compellavitque eum: Age, fili, huc sequere vocem, ut in regionem omnibus com-
Str. 4. munem (futuram) veniamus.—Atque sic venerunt alti ad pe-
109. tram excelsam Cronii, ubi ei præbuit thesaurum geminum divinationis: tunc quidem vocem audire mendaciorum nesciam; quando vero audax Hercules, augustum Alcaidarum germen, venerit, patrisque festum frequens hominibus, certaminumque magnorum solemnia, ad Jovis aram altissimam instituerit, tum vero vaticiniorum sacellum condere jussit.—
Ant. 4. Ex quo tempore inclytum inter Græcos Jamidarum genus.
120. Simul fortunæ opes (iis) contigerunt. Colendo vero ea, quæ laudes ferunt, conspicua via incedunt. Probat opus quemque. Obtrectatio autem aliorum invidorum impendet iis, quibus aliquando primo loco duodecies in spatio decurrentibus veneranda adstillat Gratia gloriosum vultum. Si autem
Ep. 4. vere tui, ô Agesia, materni majores sub Cyllenes monte—ha-
131. bitantes Mercurium deorum præconem, qui certamina sortemque præmiorum gubernat, Arcadiamque incolis insignem amat, multum multis supplicibus sacrificiis religiose coluerunt: ille est, qui cum gravistrepo patre tuam, ô Sostrati fili, felicitatem largitur. Oberrat linguæ cotis instar acutæ narratio, meque lubentem ad pulchrifluos tibiarum flatus allicit.
Str. 5. Avia materna mea Stymphalis florens Metope est,—equorum
140. agitatricem quæ Theben peperit, cujus ego dulcem aquam bibo, viris bellicosis nectens egregium hymnum. Præcipe nunc sociis, Ænea, primum ut Junonem Partheniam canant, tumque ut declarent, vere nos effugisse antiquum probrum: Bœotiam suem. Es enim nuntius verus, pulchricomarum scytale Musarum, dulcisonorum carminum crater.——Jube por-
Ant. 5. ro meminisse Syracusarumque et Ortygiæ, quam justo sceptro rectisque consiliis gubernans Hiero rubripedem colit Cererem, candidisque equis vectæ filiæ festum, Jovisque Ætnæi potentiam. Suavisonæ autem eum lyræ cantusque norunt. Ne succedens tempus frangat ejus felicitatem. Sed cum comitate amabili Agesiæ excipiat hymnum—a Stymphaliis mœ-
Ep. 5. nibus e patria ad patriam venientem, relicta pecorosæ Arcadiæ
167. matre. Prodest vero in tempestuosa nocte celeri ex nave demissas figere duas anchoras. Deus horum illorumque (Arcadum et Syracusanorum) illustrem sortem reddat. Lubens vero, Neptune, mari imperans, aureum-colum-gestantis Amphitrites marite, prosperum concede cursum ærumnis vacantem, meorumque carminum auge dulce decus.

## OLYMP. VII.

# DIAGORÆ RHODIO,

### PUGILI.

PHIALAM uti quis divite manu sumptam, vitis intus spu- Str. 1.
mantem rore, donat juveni genero propinans domo domum
(ferendam), auream, pretiosissimam rem eorum quæ possidet,
conviviique decus, et affinitatem honorans suam, amicisque
præsentibus, facit eum invidendum ob conjugalem torum:
—sic ego nectar fusum, Musarum donum, dulcem ingenii Ant. 1.
fructum mittens ad eos, qui Olympiæ Delphisque victoriæ
præmia reportarunt, iis gratificor. Felix ille, quem Fama
amplectitur bona. Alias autem alium respicit alma Gratia
(Musa), blandisona cum cithara sonorisque tibiarum instru-
mentis:—Et vero nunc venio ad celebrandam utraque (ci- Ep. 2.
thara et tibia) cum Diagora, marinam filiam Veneris Solisque,
Nympham Rhodum bellicosam, et ingentem virum prope
Alpheum Castaliamque coronatum, pugilatus propter victo-
riam laudem, patremque Damagetum Justitiæ carum; triur-
bem insulam prope Asiæ spatiosæ rostrum cum Argiva mul-
titudine inhabitantes;—quibus volo inde a Tlepolemo com- Str. 2.
mune contexere carmen, Herculis late potenti stirpi. Pa- 36.
terna enim stirpe a Jove ortos se gloriantur; materna vero
inde ab Astydamea sunt Amyntoridæ. Pendent vero circa
hominum mentes innumeri errores, difficileque est assequi,—
ut, quæ nunc adest felicitas, eadem ad mortem usque homini Ant. 2.
contingat. Etenim Alcmenæ fratrem nothum, Licymnium, e 47.
Mideæ thalamo venientem, duræ oleæ sceptro percutiens oc-
cidit Tirynthe hujus olim terræ conditor (Tlepolemus) iratus.
Sic mentis perturbationes occæcare solent etiam sapientem.
Oraculum autem petiit, ad deum profectus;—tumque Auri- Ep. 2.
comus bene odorato ex adyto jussit eum Lernæo a litore na- 56.
vium classem deducere in regionem undique mari cinctam,
ubi quondam magnus deorum rex aureis imbribus irrigaverat
urbem, quando Vulcani artibus, æneo bipenni, Minerva e pa-
tris summo vertice prosiliens vociferata est ingenti clamore,
Cœlumque horruit ipsam et Terra mater.—Tunc etiam af- Str. 3.
fulgens mortalibus deus Hyperionides futurum mandavit ob- 71.

servare negotium filiis caris: ut deæ primi conderent aram conspicuam, et piis sacris factis cum Patris animum exhilararent, tum Puellæ hastifremæ. Virtutem autem injicere solet et alacritatem hominibus erga prudenter monentem reveren-
Ant. 3. tia.—Sed superveuire solet quædam etiam oblivionis ex im-
82. proviso nubes, et aufert ex mentibus rerum agendarum rectam viam. Etenim non secum gerentes flammæ ardentis semen ascenderunt, struxeruntque igne-carentibus sacrificiis locum sacrum in arce. Atque illis quidem flavam inducens nubem, copiosum pluit aurum Jupiter: ipsa vero cæsia (Mi-
Ep. 3. nerva) dedit illis, artificio—omni terrarum incolas affabre-
93. industriis manibus vincere. Jam opera viventibus et gradientibus similia viæ ferebant, eratque gloria ingens. Sapienti autem sapientia etiam major sine fraude contingit. Aiunt autem hominum antiqui sermones, nondum, dum terram partiebantur Jupiterque et Immortales, in conspectum prodiisse in mari alto Rhodum, sed salsis in abyssis insulam latuisse.—
Str. 4. Absentis autem nemo protulerat sortem Solis, et utique eum
106. terræ exsortem reliquerant, castum deum: Jupiter autem admonitus ab illo sortitionem ejus causa voluit retractare; sed (Sol) id fieri non concessit. Nam cano, inquit, ipse video in mari attollentem sese funditus terram multorum hominum
Ant. 4. altricem, et almam pecoribus.—Jussit autem statim aureo re-
117. dimitam reticulo Lachesin manus extendere, deorumque sanctissimum juramentum non recusare, sed Saturni cum filio annuere: lucidum in aërem emissam istam sibi in posterum sortem fore. Atque exitum habuit jurisjurandi summa vere
Ep. 4. eveniens. Enata est ex mari humido—insula, tenetque ipsam
128. acutorum genitalis radiorum pater, ignem spirantium dux equorum. Ibi cum Rhodo nympha consuescens genuit septem sapientissimis consiliis majorum memoria claros filios, quorum unus Camirum, natuque maximum Jalysum genuit, et Lindum. Qui singuli separatim tenebant terram trifariam dispertiti, paternam urbium sortem, erantque hæ eorum
Str. 5. sedes.—Ibi præmium calamitatis miserandæ jucundum Tle-
104. polemo constitutum est Tiryuthiorum duci, tanquam deo, pecorumque nidorosa pompa, et judicium de certaminibus. Quorum floribus Diagoras coronatus est bis, celebrique in Isthmo quater victor, Nemeæque sæpius, et asperis Athenis;
Ant. 5. —Argivumque æs (scutum æneum) novit eum, Arcadiæque
152. et Thebarum certamina, ludique legitimi Bœotii; Ægina Pellenaque victorem sexies; Megarisque idem lapideæ columnæ inscriptus est titulus. At Jupiter Pater, in jugis Atabyrii dominans, honora hymnum, Olympicumque victorem,—
Ep. 5. pugilatu virtutis decus nactum; daque ei venerandam gra-
163. tiam et apud cives, et apud peregrinos, quoniam inimica in-

solentiæ via recta incedit; probe sciens, quæ eum recta ex bonis patribus mens monet. Noli obscurare communem stirpem Callianactis, Eratidarumque decora. Celebrat (quidem) festa convivia etiam civitas. Uno tamen momento temporis alias aliæ ingruunt auræ.

## OLYMP. VIII.

## ALCIMEDONTI PUERO,

### LUCTATORI.

O MATER aureis coronis insignium certaminum, Olympia, domina veritatis, ubi vates incensis victimis augurantes, explorant Jovem velociter fulminantem, num quam habeat rationem hominum, cupientium animo magnam virtutem consequi, laborumque requiem.—Perficitur autem hoc in gratiam precum piorum hominum. Sed, o Pisæ arborosum ad Alpheum nemus, huncce hymnum et coronati victoris pompam accipe. Magnum decus semper ejus est, cui tuum præmium contigerit illustre. Alia autem aliis eveniunt bona. Multa enim deorum beneficio genera sunt felicitatis.—Vobis vero, Timosthenes, obtigit felicitas per Jovem genitalem, qui te quidem Nemeæ conspicuum, Alcimedontem vero apud Saturni collem fecit Olympicum victorem. Erat ille aspectu pulcher, factisque non dedecorans formam; promulgavit victor lucta longis-remis utentem Æginam patriam; ubi Sospita, Jovi hospitali assidens, colitur Justitia—plus quam apud alios homines. Nam, quod multum et multas in partes vergit, id recta dijudicare mente, non perperam, difficile est. Decretum vero quoddam deorum etiam hanc mari cinctam terram, confluentibus undique constituit hospitibus columnam divinam; futurum autem tempus efficere hoc, ut ita sit, ne desinat!—a Dorico populo possessam inde ab Æaco; quem filius Latonæ lateque potens Neptunus, Ilio (mœnium) coronam imposituri, advocarunt socium laboris in exstruendo muro. Quippe erat fato constitutum, illud ut orto bello urbium-vastatrices inter pugnas rapidum exhalaret fumum.—Sed cæsii dracones, dum struebatur, in novam munitionem insilientes tres, duo quidem deciderunt, ibique obtusi spiritum emiserunt; unus vero insiliit sibilo facto. Dixit autem coram

Str. 1.
Ant. 1.
Ep. 1.
Str. 2. 30.
Ant. 2. 39.
Ep. 2. 48.

animo volvens prodigium protinus Apollo: Pergamus ea parte, qua tuis, ô heros, manibus condita est, capitur: sic mihi ostentum indicat a Saturnio missum gravistrepo Jove:
Str. 3. 59. —non sine filiis tuis; sed cum primi et quarti gradus posteris res procedet. Sic sane deus diserte loquutus, ad Xanthum properabat, et Amazonas equestres, Istrumque vectus. Fuscinæ vero vibrator ad Isthmum marinum currum celerem di-
Ant. 3. 68. rigebat, deducens Æacum huc curru aureo,—et ad Corinthi jugum, visurus epulas (sacra) celebres. Idem vero non delectare solet omnes. Si tamen ego Melesiæ, ex imberbibus discipulis, gloriam percurram hymno, ne petat me aspero lapide Invidia. Et Nemeæ enim reportatum (ab eo) pariter
Ep. 3. 77. dicam tale decus, et postea inter viros pugnam—in pancratio. Docere autem, utique gnaro facilius; stultum vero, non prædidicisse. Leviores enim inexpertorum mentes. Contra ille docebit eas res melius ceteris: quis modus virum eo perducat, ut ex sacris certaminibus desideratissimam gloriam reportet. Nunc quidem ipsi decus est Alcimedon, victoriam tri-
Str. 4. 99. cesimam adeptus,—qui fortuna quidem divina, nec virtute tamen destitutus, quatuor puerorum corporibus (pueris) effecit reditum invisissimum, et sine auctoritate linguam, et clandestinum incessum; patri autem patris (avo) inspiravit robur senio adversum. Orci utique obliviscitur, strenua qui patraverit vir.—Sed me decet (præteritorum) memoriam excitantem
Ant. 4. 97. eloqui manuum victoriale decus Blepsiadarum, sexta quibus jam corona circumdata est frondiferis ex certaminibus. Est vero etiam aliqua mortuis pars (munus) rite perficienda; occultat enim nequaquam pulvis (terra) cognatorum illustrem
Ep. 4. 106. laudem (quo minus inferi eam resciscunt).—Mercurii autem filiam Famam ubi audierit Iphion, nuntiet Callimacho splendidum decus Olympiæ, quod ipsorum præbuit Jupiter familiæ. Bona autem bonis utinam addat, acutosque morbos propulset! Opto, fortunæ secundæ Nemesin infestam ne addat; sed malorum expertem afferens vitam, ipsosque cumulet et urbem.

## OLYMP. IX.

# EPHARMOSTO OPUNTIO,

### LUCTATORI.

ARCHILOCHI quidem hymnus canorus, Callinicus tri- Str. 1.
plex, decantatus suffecit Olympiæ Saturnium apud collem,
ad præeundum solemni-pompa-incedenti Epharmosto amicis
cum sociis. Verum nunc (quoque), longe-jaculantium Mu-
sarum ab arcu, hisce sagittis Jovemque rutila-fulmina-ja-
culantem, venerandumque pete promontorium Elidis, quod
olim Lydus heros Pelops accepit, pulcherrimam dotem Hip-
podamiæ.—Alatam autem mitte jucundam in Pythonem sa- Ant. 1.
gittam. Nequaquam inanes laudes attinges viri super luctis
citharam movens clara ex Opunte, laudans ipsam et filium
(civem), quam Themis filiaque ejus Servatrix tenet gloriosa
Eunomia. Floret autem (certantium) virtutibus, Castaliæ
pariter atque ad Alphei flumen; unde coronæ inclytam Lo-
crorum extollunt matrem pulchrarum arborum feracem.— Ep. 3.
Ego autem caram urbem claris illustrans carminibus, et feroci
equo citius et nave alata, quoquoversum nuntium mittam
hunc: si modo divina quadam ope adjutus, eximium Gratia-
rum (Musarum) colo hortum. Illæ enim præbere solent ju-
cunda. Boni autem et sapientes viri divino munere—fieri Str. 2.
solent. Quandoquidem quomodo tridenti-adversam Hercu- 43.
les clavam vibrasset manibus, quum ad Pylum stans obni-
teretur ei Neptunus? obnitebaturque eidem argenteo-arcu-
pugnans Phœbus; neque Pluto immotam tenuit hastam,
mortalia corpora qua compellit cavum ad vicum mortuorum.
Abjice mihi sermonem hunc, os. Nam convitiari diis odiosa
sapientia est; et gloriari intempestive—insaniæ consonat. Ant. 2.
Ne nunc blateres talia. Mitte bellum pugnamque omnem 59.
Immortalium, convertas potius ad Protogeniæ urbem lin-
guam, ubi fulmina-vibrantis Jovis imperio Pyrrha Deuca-
lionque, Parnasso cum descendissent, domum exstruxerunt
primum, sineque concubitu ejusdem generis produxerunt la-
pideam sobolem, qui Lai appellati sunt. Excita carminum
illis modos sonoros, laudaque vetus quidem vinum; flores

Ep. 2. 75. vero hymnorum—recentium. Aiunt sane terram quidem inundasse nigram aquæ vim, sed Jovis arte resorptam esse repente undarum colluviem. Ex illis autem originem duxerunt æreis-clypeis-instructi vestri majores, origine Japetionidis stirpis filii puellarumque præstantissimorum Cronida-
Str. 3. 85. rum, indigenæ reges semper;—ante quam Olympius rex cum filia Opuntis, e terra Epeorum rapta, clam consuevisset Mænaliis in jugis, eamque adduxisset ad Locrum, ne auferret eum senectus, mortem admovens, orbum prole. Enixa autem est prolem generosissimam uxor; gavisusque est intuitus heros subditum filium. Materni avi autem jussit eum cognominem esse, summum virum forma et factis, urbemque ei dedit po-
Ant. 3. 101. pulumque regendum.—Advenerunt autem (ad eum) hospites ex Argis ex Thebisque, et Arcades itemque Pisatæ. Filium autem Actoris Æginæque Menœtium maxime honoravit inter advenas. Cujus filius cum Atridis in Euthrantis solum profectus, stetit cum Achille solus, cum strenuos Danaos in fugam versos marinas in puppes Telephus compulisset, ut specimen daret, unde prudens quisque cognosceret Patrocli fortem animum: Ex quo Thetidis proles periculoso illum in bello
Ep. 3. 117. —rogabat, ne unquam a sua seorsum mortalium-domitrice-hasta in acie staret. Essem facundus, ut procederem vectus in Musarum curru, audaciaque et ampla facultas mihi adesset. Enimvero ob hospitii necessitudinem virtutemque veni laudator Isthmiis Lampromachi coronis, dum ambo (ille et
Str. 4. 127. Epharmostus) vicerunt—certamine, uno die; aliæ autem duæ ad Corinthi portas evenerunt postea victoriæ, aliæque Epharmosto Nemeæ in recessu; Argisque obtinuit decus (victoriam) inter viros, puerque Athenis. Quale autem Marathone, digressus ab imberbibus, sustinuit certamen adultiorum de argenteis phialis! virosque celeri dolo invicto quum superasset, pertransit Circum quanto cum clamore formosus,
Ant. 4. 143. et pulcher, cumque perpetrasset pulcherrima!—Farrhasio etiam populo admirandus apparuit Jovis in panegyri Lycæi, tumque quum frigidarum tepidum remedium aurarum (chlamydem) Pellenæ reportaret. Testis etiam est victoriarum ejus Jolai tumulus marinaque Eleusis. Quod natura autem contingit, optimum omne est. Multi vero hominum acquisitis disciplina virtutibus gloriam annixi sunt assequi. Absque deo autem (non propitio Genio) quod quis susceperit, sileri non deterius est (præstat) facinus unumquodque. Sunt
Ep. 4. 159. enim—viæ (laudum consequendarum) viis aliæ ulteriores; neque unum omnes nos alet studium. Excellere aliqua in arte sane ardua res est. Hoc autem afferens præmium, alte

vociferare audacter; huncce virum divinitus natum esse manu promptum, membris dextrum, aspectu robur præ se ferentem, qui inter solemnes epulas (sacro facto) Aiaceam Oilidæ victor coronavit aram.

## OLYMP. X.

## AGESIDAMO LOCRO EPIZEPHYRIO,

### PUGILI.

OLYMPICUM victorem legite mihi Archestrati filium, qua in parte mentis meæ scriptus sit. Dulcem enim ei hymnum debere me oblitus sum. Sed tu, ô Musa, atque tu filia Jovis, Veritas, vindice manu arcete mendacii reprehensionem, quæ in hospitem deliquisse me arguat.—Nam e longinquo superveniens protractum tempus gravis delicti pudore me suffudit; veruntamen diluere potest acrem hominum reprehensionem usura. Nunc calculum volutatum quo undæ provolvet fluctus? et quo (deductum) nos communem (urbi) hymnum jucundam ad gratiam persolvemus?—Gubernat utique Veritas urbem Locrorum Zephyriorum; curæque est illis Calliope et æneus Mars. Fugavit autem Cycnea pugna etiam violentum Herculem. Pugil vero in Olympico certamine victor Ilæ acceptum ferat Agesidamus, ut Achilli Patroclus. Acuens autem ad virtutem aliquis eum, qui natura ad rem factus est, ad ingens evehet (victoriæ) decus, dei cum auxilio.—At gaudium (victoria) sine labore contingere solet paucis: certamen laboriosum præ omnibus est vitæ decus. Certamen autem eximium canere me jubent Themides Jovis filiæ, quod antiquum juxta sepulchrum Pelopis vis Herculea instituit, postquam Neptunium interfecerat Cteatum præstantem,—occiditque Eurytum, ut operæ præstitæ ab Augea violento, ab invito ipse flagitans, mercedem exigeret. In frutetis autem insidiatus sub Cleonis, oppressit et illos Hercules in via, quoniam antea aliquando Tirynthium profligaverant ipsi exercitum, in recessibus hærentem Elidis,—Molionidæ arrogantissimi. Atqui in hospitem fraudulentus Epeorum rex non multo post vidit patriam divitem, urbem suam,

Str. 1. Ant. 9. Ep. 17. Str. 2. 26. Ant. 2. 34. Ep. 2. 42.

valido igni ictibusque ferri (vastatam,) in profundum calamitatis gurgitem depressam. Iram enim potentiorum amoliri difficile. Etiam ille temeritate, postremus post expugnationem obviam factus, mortem gravem non effugit.—Hic vero
Str. 3. ad Pisam quum coëgisset totasque copias prædamque omnem,
51. Jovis fortis filius dimetiebatur sacrum locum Patri maximo; septoque facto Altin in patenti loco secrevit: inclusum autem campum constituit epularum diversorium, honorans (sacro
Ant. 3. facto) fluvium Alphei—cum duodecim magnis diis, et collem
59. Saturnium appellavit. Antea enim, quum Œnomaus ei imperabat, ignobilis rigabatur multa nive. Hac vero in prima celebritate utique quidem prope adfuerunt Parcæ, quodque
Ep. 3. arguit solum veritatem certam,—Tempus. Hoc vero, (etsi)
67. longissime progressum, declarat, (memoriam rerum servat,) ubi belli munus, spoliorum primitias, partitus immolaverit, et quinquennale quomodo instituerit festum; in Olympiade prima victoriaque quis recentem reportaverit manibus pedibusque et curribus victoriam in ludis, consequutus gloriose
Str. 4. certamine victor.—Stadio quidem vicit recto cursu, pedibus
76. currens, filius Licymnii Œonus, qui venerat ex Midea cui imperabat; sed lucta illustrem reddidit Echemus Tegeam; Doryclus vero præmium pugilatus tulit, Tirynthem incolens
Ant. 4. urbem. Quadrigis autem—e Mantinea Semus canebatur;
84. et jaculo Phrastor attigit scopum; saxo autem (disci) Eniceus jecit in longum, manum circumrotans, supra omnes, et sodalitio acclamationem expressit magnam. Tum vesperam
Ep. 4. illustravit pulchræ Lunæ amabile lumen,—personabatque
92. totum delubrum inter jucundas epulas laudatorio cantu. Primordia vero illa prisca sequuti, etiamnum, cognomine decus victoriæ superbæ, celebrabimus tonitru, rubenteque dextra missum telum gravistrepi Jovis, ardens fulmen, summa cum vi, (manui) aptatum. Tibiæ autem respondebit suavis mo-
Str. 5. dulatio carminum,—quæ apud inclytam Dircem sero quidem
101. prodierunt. Sed ut filius ex uxore patri gratus est ad juventuti jam oppositam metam provecto, maximeque incendit amore animum; quandoquidem divitias accipere dominum
Ant. 5. adscititium alienum, morienti tristissimum sit:—sic, si cui,
109. rebus pulchre gestis, absque carmine, Agesidame, ad Plutonis limen sit abeundum, inaniter postquam laboravit, brevem pro labore fructum consequitur. Tibi vero dulcisonaque lyra dulcisque tibia affundit decus, præbentque amplam gloriam
Ep. 5. filiæ Pierides Jovis.—Ego autem, comitatus eas, studiose
117. claram gentem Locrorum amplexus sum, melleque virisinsignem urbem irrigans, filium amabilem Archestrati laudavi;

quem vidi vincentem manus robore aram apud Olympicam, illud circa tempus, formaque pulchrum floridaque ætate constitutum, quæ avidam a Ganymede mortem propulsavit auxilio Veneris.

## OLYMP. XI.

## EIDEM AGESIDAMO,

### PUGILI.

EST hominibus ventorum nunc plurimus usus, nunc item cœlestium aquarum, pluviarum filiarum Nubis. Si quis vero in laborioso certamine felix fuerit, suaves hymni laudum apud posteros causæ; existitque inde fidum pignus magnis virtutibus.—Ingens vero hæc laus Olympionicis servatur. Id quidem nostra lingua procurare (tibi) cupit. Divinitus enim sapienti quisque floret pectore (ingenio). Scito nunc, Archestrati fili, tui, Agesidame, pugilatus causa—ornamentum (hymni), de corona aureæ oleæ, dulcisonum accinam, Epizephyriorum Locrorum gentis memor (in laudum partem vocando). Eo una choream instituite, ô Musæ! spondebo, vos non ad eam, ceu hospites-fugantem populum, neque imperitum egregiorum facinorum, at peringeniosum et bellicosum, esse venturas. Nam ingenitos neque fulva vulpes neque graviter-rugientes leones mutaverint mores.

Str. 1.

Ant. 1.

Ep. 1.

## OLYMP. XII.

## ERGOTELI HIMERÆO,

### LONGIORI CURSU.

SUPPLICO, filia Jovis Liberatoris, Himera potentissima pro urbe, Servatrix Fortuna. A te enim in mari gubernan-

Str. 1.

tur voloces naves, in terraque rapida bella concionesque deliberatoriæ. (Et tuo numine) aliæ hominum sæpe sursum, aliæ vero deorsum, mendacia (somnia) vana persequentes,
Ant. 10. volutantur spes.—Signum vero nondum aliquis terrestrium certum de re futura invenit divinitus; sed in futuris cæcutiunt mentes, multaque hominibus præter opinionem cadunt, contraria gaudio; altera ex parte, qui in molestas inciderunt procellas, bono ingenti malum brevi permutarunt tempore.—
Ep. 19. Fili Philanoris, certe et tua, intus (intra domum) pugnantis ceu galli, paterna in domo, ingloria virtus emarcuisset pedum; nisi seditio, civem cum cive committens, Cnosia te privasset patria. Nunc vero Olympiæ coronatus, et bis Pythone, in Isthmoque, Ergoteles, calida Nympharum balnea (Himeræa) effers, (celebrem reddis,) habitans (ibi) in patriis agris.

## OLYMP. XIII.

# XENOPHONTI CORINTHIO,

### CURSU ET QUINQUERTIO.

Str. 1. TER-Olympiis-victricem laudans domum, benignam civibus, hospitesque colentem, celebrabo beatam Corinthum, Isthmii vestibulum Neptuni, juvenibus florentem. In hac enim Eunomia habitat, sororesque, Justitia, urbium firmum fundamentum, et concors Pax, dispensatrices hominibus di-
Ant. 12. vitiarum, aureæ filiæ bene-consulentis Themidis.—Student autem arcere Insolentiam, Fastidii matrem verbis-audacem. Habeo et præclara loqui, et audacia mihi recta linguam incitat ad dicendum. Difficile vero est celare ingenitos mores. Vobis igitur, Filii Aletæ, (Corinthii,) sæpe, tum victoriarum decus præbuerunt eorum, qui summis virtutibus superarunt sacris in certaminibus, tum multas in corda immiserunt—
Ep. 23. hominum antiquas artes Horæ multum-floridæ. Omne vero inventoris opus est (tota inventi laus ei debetur). Bacchi unde (nisi a Corinthiis) prodierunt hymni cum Dithyrambo, (victoriæ præmium,) bovem ducente? Quis vero equestria per instrumenta, equorum moderamina? aut in deorum templis,

volucrum regem geminum (fastigium ab aquila ætoma dictum) constituit? Musa vero suave-spirans, et Mars in ea floret, juvenum in exitiosis præliis.—O summe, late-dominans Olym- Str. 2.
piæ, ne aversus carminibus sis, et per tempus omne, Jupiter 34.
Pater, huncce populum incolumem servans, Xenophontis dirige fortunæ ventum. Accipe etiam ejus coronarum laudatorium carmen, quod reportat ex campis Pisæ in quinquertio, simulque stadii vincens cursu. Non consequutus est hæc mortalis unquam aliquis antea.—Duoque ipsum texerunt Ant. 2.
plexu serta apii in Isthmiadibus prodeuntem, neque Nemea 45.
refragantur (in Nemeis idem evenit). Patris autem Thessali ad Alphei fluenta decus pedum repositum est (cursus memoria consecrata est); Delphisque reportavit stadii victoriam diaulique sole uno; menseque ipsi eodem asperis Athenis tria sane laborum præmia velox dies circumdedit pulcherrima comis.—In Hellotiisque septies. In mari-cinctis (Isthmiis) Ep. 2.
autem Neptuni certaminibus, Ptœodoro cum patre, plures et 56.
præclaræ laudes eum sequentur. Quoties etiam Delphis vicistis, inque saltu leonis! (Nemeæ). Certo cum multis de multitudine in his præclare gestorum; ut sane liquido non norim recensere marinorum calculorum numerum.—Stat ve- Str. 3.
ro suus cuique rei modus, cujus opportunitatem intelligere, 67.
optimum est. Quin ego privatus (privati hominis laudandi causa) progressus, publice prudentiamque laudando majorum, bellaque heroica virtute (gesta,) non mentiar (vera narrabo) de Corintho: Sisyphum quidem solertissimum artificiis, ut deum; et patre invito parantem nuptias sibi Medeam, navis servatricem Argus et vectorum:—et quomodo olim fortiter Ant. 3.
ante Dardani muros visi sunt in utramque partem pugnarum 78.
facere exitum, alteri quidem cum progenie cara Atrei, Helenam repetentes; alteri vero (in Trojanorum agmine) omni ope resistentes; ex Lycia enim Glaucum advenientem timuerunt Danai: adversus quos quidem gloriabatur, in urbe Pirenes patris (Bellerophontis) regnum et magnas opes esse ac domum avi sui,—qui serpentigeræ filium olim Gorgonis Pe- Ep. 3.
gasum circa fontes frænare cupiens, multa sane pertulit ante, 89.
quam ei aureis-phaleris-ornatum frænum virgo Pallas attulit: ex somnio autem statim vera res erat evigilanti. Dixit enim (dea): Dormis Æolide rex? Age, delinimentum hoc equestre accipe, et Domitori illud, sacrificans taurum nitidum, patri (Neptuno) offer.—Cæruleum-scutum-gerens noctu dormienti Str. 4.
ei Virgo talia dicere visa est. Exsiliit autem recto pede, ad- 100.
jacensque quum arripuisset prodigium, indigenam vatem gaudens accessit, aperuitque Cœranidæ (Polyido) omnem even-

tum rei, quomodo ad aram deæ dormiisset noctu, ex ipsius (vatis) monito; quomodoque sibi ipsa Jovis fulminatoris filia
Ant. 4. dederit—ferociæ-domitorem aureum. Somnio vero quam
111. celerrime parere jussit (vates) ipsum, et, postquam præpotenti robustum-pedibus taurum mactasset Neptuno, exstruere equestri aram statim Minervæ. Perficit vero deorum potentia facile etiam ultra quod jurasses ac sperasses, rem. Sane etiam fortis alacri animo prehendit Bellerophon, delinimentum mite intendendo circa maxillas, equum alatum.—
Ep. 4. Ubi vero ascendit, statim in armis æratus lusit. Cum illo
122. autem etiam olim Amazonidum, aëris frigidi e sinibus deserti, sagittatorem jaculis-petens muliebrem exercitum, et Chimæram ignem spirantem, et Solymos, interfecit. Reticebo ejus mortem. Equum autem in Olympo præsepia Jovis
Str. 5. antiqua tenent.—Me autem rectum jaculorum mittentem
133. turbinem, non decet præter scopum multa jacula firmis contorquere manibus. Musis enim pulchrithronis Oligæthidisque laudator lubens veni in Isthmum Nemeamque. At brevi sermone faciam manifesta multa, veraxque mihi jusjurandum aderit. Sexagies enim utroque in certamine dulci-
Ant. 5. linguis vox præconis victoriæ iis audita est.—Gesta autem
144. Olympiæ eorum consentaneum est jam antea esse celebrata; futuraque tunc (cum evenere) dixero diserte. Nunc autem spero equidem; verum penes deum est eventus. Si vero fortuna congenita porro adest, (perstat,) Jovi hoc Martique relinquemus efficiendum. At in jugo Parnassio, Argisque quam multæ, Thebisque, quamque multæ inter Arcades
Ep. 5. (victoriæ), moderator testabitur Lycæus aræ rex,—Pellana-
155. que, et Sicyon, et Megara, Æacidarumque bene-septus lucus, Eleusisque, et opulenta Marathon, subque Ætna altijuga divitiis-florentes urbes, et Eubœa. Et totam per Græciam invenies inquirens plura quam quæ recognoscere possis. Sed ut levibus procedant pedibus, (ut felici successu utantur tribules Oligæthidæ,) ô Jupiter, facito, modestiam tribuendo et fortunam victoriarum dulcem.

## OLYMP. XIV.

# ASOPICHO ORCHOMENIO,

### INTER PUEROS CURSU VICTORI.

CEPHISIARUM aquarum quæ colitis pulchris-equis- Str. 1.
claram sedem, ô divitis celebres reginæ Gratiæ Orchomeni,
antiquorum Minya. m præsides, audite dum preces fundo.
Per vos enim jucunda et dulcia eveniunt omnia hominibus,
ut sapiens, ut bonus, ut quis splendidus vir sit. Neque enim
dii venerandis absque Gratiis moderantur aut choros aut con-
vivia: sed, omnium dispensatrices, quæ fiunt in cœlo, aureo-
arcu-insignem habentes juxta Pythium Apollinem thronos,
sempiternum colunt patris Olympii honorem.—Veneranda Str. 2.
Aglaia, cantuumque-amans Euphrosyne, deorum summi 19.
filiæ, exaudite nunc, tuque, Thalia cantuum amans, aspi-
ciens hanc pompam ob propitiam (victoriæ) sortem levi
gressu incedentem. Lydiis enim Asopichum modis car-
minibusque ut celebrarem, veni: quoniam Olympica-victrix
Minyea (Orchomenus) per te est. Ad atram domum Pro-
serpinæ ito, ô Fama, patri celebrem afferens nuntium, Cleo-
damum ut conspicata, filium (ejus Asopichum) referas juve-
nilem sibi ad recessus illustris Pisæ coronasse inclytorum
certaminum alis (præmiis in sublime efferentibus) comam.

# PYTHIA.

## PYTH. I.

## HIERONI ÆTNÆO SYRACUSIO,

### CURRU.

O AUREA cithara, Apollini Musisque flavicomis accinens instrumentum, quam audit (chori) gressus, lætitiæ solennis initium; et (cujus) obtemperant concentores signis, chorosducentium quando hymnorum præludia facis resonans! Et cuspidatum fulmen extinguis perpetui ignis; dormitque super sceptro Jovis aquila, velocem alam utrinque demittens,— Str. 1.
rex avium; et atram adunco ejus capiti nebulam, palpebrarum suave claustrum, offundis; dormiensque illa molle (inflexum) tergum attollit, tuis ictibus delinita. Quin etiam violentus Mars, aspera seposita hastæ cuspide, recreat cor sopore. Tela (sonorum) namque etiam deorum mulcent animos Latoidæ arte (missa) sinuosisque-pallis-indutarum Musarum.—Quæquæ vero non amat Jupiter, conturbantur Ant. 13.
(ea), vocem Pieridum ubi audierint, per terram mareque indomitum; quique in horrendo Tartaro jacet, deorum hostis, Typhos centiceps, quem olim Cilicium enutrivit famosum antrum: nunc vero et supra Cumas mari-septa littora et Sicilia ejus premit pectora hirsuta, columnaque cœlestis Ep. 25.
(eum) cohibet, nivosa Ætna, per totum annum acris nivis nutrix: — cujus eructantur inaccessi ignis liquidissimi ex cavernis fontes, fluviique interdiu profundunt vorticem fumi candentem; noctu vero saxa volvens rubicunda flamma in Str. 2.

profundum defert maris æquor cum fragore. Sic illa bellua Vulcani gurgites horrendos ejectat; prodigium quidem mirabile aspectu, miraculum vero et iis, qui adfuere, auditu,—
Ant. 2. quomodo Ætnæ inter nigri-frondes alligatus sit (Typhos)
54. vertices imasque radices; lectusque lancinans totum dorsum (solo) acclinatum pungat. Utinam, Jupiter, tibi utinam probatus sim, qui hunc tueris montem fertilis terræ frontem, cujus cognomine inclytus conditor illustravit urbem vicinam; dum Pythiadis in cursu præco proclamavit eam, pronuntians
Ep. 2. propter Hieronis splendidi victoris—currus. Navigantibus
64. vero præcipua felicitas ea contingit, navigationem auspicantibus secundus si veniat ventus; hinc enim verisimile, etiam in fine felicem reditum eos consecuturos. Atque hæc ratio hasce propter victorias spem affert, deinceps futuram esse Ætnam coronatis equis inclytam, dulcisonisque (victorum) conviviis celebrem. O Lycie et Delo-imperans Phœbe, Parnassique fontem Castalium amans, velis hæc (hoc omen) animo repo-
Str. 3. nere, et viris-florentem regionem.—A diis enim (sunt) conatus
79. omnes humanarum virtutum; et sapientes, et manibus fortes, facundique nascuntur. At virum ego illum laudare in animo habens, spero me non ærea-cuspide-munitam sagittam præter scopum jacturum, manu vibrando; sed longe ejaculatum victurum adversarios (æmulos). Utinam vero omne tempus felicitatem sic opumque munera conservet, ærumnarumque
Ant. 3. oblivionem præbeat!—Utique reminiscitur adhuc (Hiero,)
91. quantas in bellis pugnas toleranti animo sustinuerit, cum (eæ) pararunt diis juvantibus gloriam, qualem nemo Græcorum decerpsit, opum decus magnificum. Nunc vero Philoctetæ exemplum imitatus militavit: eum enim ex necessitate, amicum sibi ut redderet, aliquis etiam paulo superbior palpavit. Aiunt nimirum in Lemno vulnere afflictum investigaturos
Ep. 3. venisse—heroas divinos Pœantis filium sagittatorem; qui
103. Priami urbem evertit finivitque labores Danaorum, etsi infirmo corpore incedens: sed ita fieri fatale erat. Sic vero Hieroni deus servator adsit futuro (quoque) tempore, eorum, quæ optat, opportunam facultatem præbens. O Musa, etiam apud Dinomenem (filium Hieronis) ut canas, obsequere mihi, præmium quadrigarum. Gaudium enim non alienum, victoria patris. Age, deinceps Ætnæ regi (Jovi)
Str. 4. gratum excogitemus hymnum,—cui urbem illam divina liber-
118. tate donatam Hyllicæ normæ legibus Hiero condidit. Volunt vero Pamphyli atque etiam Heraclidarum posteri, ad oras Taygeti habitantes, semper immanere legibus Ægimii, Dorienses. Tenuerunt vero Amyclas fortunati illi, e Pindo

profecti, albis-equis-vectorum Tyndaridarum celeberrimi accolæ, quorum gloriæ floruit hastæ.—Jupiter, præsta hæc, Ant. 4.
et, ut semper talis conditio Amenæ juxta aquas civibus 130.
regibusque veram efficiat famam (ut vere hæc memorentur)
inter homines. Tua ope rex filiumque hortatu suo popu-
lumque senex convertat ad concordem tranquillitatem. Sup-
plex oro, annue, Saturnie, pacifica ut in domo Phœnicius
Tyrrhenoramque tumultus bellicus se contineat, navibus-
perniciosam ad Cumas cladem intuitus:—qualia (scilicet) a Ep. 4.
rege Syracusanorum victi passi sunt; velocibus e navibus 142.
qui in mare dejecit ipsorum juventutem, Græciam extrahens
e gravi servitute. Præfero (aliis laudibus) apud Salaminem
Atheniensibus debitam victoriæ laudem; Spartæ autem cele-
brabo ante Cithæronem commissam pugnam; quibus Medi
victi sunt sagittarii: enimvero ad pulchre-aquosam ripam Hi-
meræ filiis hymnum Dinomenis perficias, anime mi, quem
accipere promeriti sunt virtute, hostibus profligatis.—Si dextre Str. 5.
laudes, multarum rerum summas complexus oratione brevi, 157.
minor sequitur invidia hominum. Contra satietas obtundit
ingrata celeres mentes. Fama vero, maxime de virtutibus
alienis, civium occulte animum molestat. Attamen, nam
melior miseratione invidia, ne prætermitte honesta. Guberna
justo clavo populum, veracique in incude exacue linguam
(ad vera proferenda).—Si quid, quantumvis lenius, perperam Ant. 5.
(illa) emiserit, magnum utique habetur, a te quia venit. 169.
Multorum princeps es, multi testes sunt utrisque rebus (bene
maleque gestis) graves. Tu vero in generosa animi indole
permanens, si qua cupis famam dulcem semper audire, noli
parcere admodum sumptibus: sed expande, tanquam guber-
natur, velum ventosum. Ne circumveniaris, ô amice, blandis
insidiis (adulatorum). Post-mortem-sequens fama gloriosa—
sola defunctorum virorum vitam declarat tam per scriptores, Ep. 5.
quam per poëtas. Non perit Crœsi benefica virtus. At in 181.
tauro æneo (hominum) ustulatorem sævum mente Phalarim
invisa tenet ubique fama, neque ipsum citharæ domesticæ in
consortium suave puerorum cantibus admittunt. At bona
fortuna uti, primum præmiorum; bene vero audire, secunda
felicitas. Utrumque autem quicunque attigerit nactusque
fuerit, is coronam summam reportavit.

## PYTH. II.

# EIDEM HIERONI,

### CURRU.

Str. 1. O MAGNA urbs Syracusarum, bellicosi templum Martis, virorum equorumque ferro-armatorum divina nutrix: tibi hoc claris a Thebis afferens carmen venio, nuntium quadrigæ terram-quatientis, qua victor Hiero curribus-insignis eminus-fulgentibus redimivit Ortygiam coronis, fluvialis sedem Dianæ; qua non sine, agilibus manibus, istius (quadrigæ) affa-
Ant. 16. bre-frænatos domuit pullos.—Nam sagittis-gaudens Virgo manu gemina, præsesque certaminum Mercurius, radiantes imponit phaleras, politum quando ad currum quadrigasque habenis-parentes jungit robur equinum, tridentigerum præpotentem invocans deum. Aliis vero alius quis perfecit poëta canorum regibus hymnum præmium virtutis. Resonant de Cinyra passim laudes Cypriorum, quem auricomus
Ep. 31. propense dilexit Apollo,—sacerdotem, delicias, Veneris. Impellit vero ad hoc pietas, gratiam referre studens alicui pro beneficiis acceptis. Te vero, ô Dinomenee, fili, Zephyria ante ædes Locrensis virgo celebrat, dum ex bellicis calamitatibus difficillimis tua virtute (liberata) fidenter tuetur. Deorum autem jussu Ixionem aiunt hæc mortalibus dicere in alata rota perpetuo volutatum, ut benefactorem grata remu-
Str. 2. neratione vicissim afficientes colant.—Expertus autem ille
45. est rem manifesto. Benevolus enim apud Cronidas jucundam agens vitam, non diu sustinuit eam felicitatem, insana mente Junonem dum deperit, quam Jovis conjugium tenet dulce. At ipsum petulantia ad scelus insolens impulit. Mox vero passus digna, exquisitam sustinet ærumnam. Duo autem delicta, quæ calamitatem hanc ei attulerunt, erant: et quod heros cognatum sanguinem (cognatorum cædem) primus non sine fraude intulit hominibus; (socerum Deioneum necando;)
Ant. 2. —et quod magna-penetralia-habentibus (magnis) aliquando
60. in thalamis Jovis uxorem solicitavit. Enimvero fas est pro se (ad suum quemque modulum) semper cujusque rei in oculis habere modum. Concubitus illegitimi in malum ingens

conjicere solent homines. In quos etiam hic incidit; quandoquidem cum nube concubuit, fraudem dulcem sectatus ignarus homo. Forma enim (nubes) præstantissimæ assimulata erat cœlesti filiæ Saturni, hasque insidias ipsi fecerant Jovis manus, pulchram perniciem. Quadriradium autem peperit sibi vinculum,—suam perniciem ille quidem; tumque Ep. 2.
in hoc membrorum compedes, unde evadere non liceret, 75.
conjectus, illam admodum-vulgatam declaravit sententiam. Absque Gratiis vero ei peperit (Nubes) sola solam sobolem monstrosam, neque inter homines acceptam, neque deorum sedibus; quam nominavit, cum enutrilsset, Centaurum. Qui cum equabus Magnesiis congressus est in Pelii convallibus; indeque nati sunt populus admirandus, utrisque similes parentibus, matri quidem inferius, desuper vero patri.—Deus Str. 3.
omnem ex voto exitum perficit; deus, qui etiam pernicem 89.
aquilam assequitur, et marinum antevertit delphinem, et superborum aliquem prosternit mortalium, contra aliis decus non senescens præbet. Me vero oportet fugere belluam infestam, maledicentiam (nec Ixionis scelera et pœnas diutius exagitare). Scio enim, quamvis (tempore) procul ab illo, multum in miseria (in magna difficultate constitutum) conviciatorem Archilochum maledicis criminationibus delectatum. Ditescere autem ita, ut conjuncta sit sors sapientiæ, optimum est.—Tu vero manifeste eam liberali animo possides, ô rex, Ant. 3.
domine multorum bene coronatorum (muris) vicorum et 104.
populi. Si vero quis jam divitiisque et honore dicat alium quendam majorum per Græciam extitisse te superiorem, stolida is mente luctatur perperam. Ego vero (tanquam) pulchram conscendam classem, (in altum evehar laudando,) virtutem celebraturus. Juventutem tuam commendat audacia in gravibus bellis: unde etiam aio te immensam gloriam invenisse —quum inter equestres copias pugnantem, tum inter pe- Ep. 3.
destres. Consilia vero senilia (tua) tutam mihi materiem 119.
omni modo laudandi præbent. Salve! (felix esto!) Mittitur hoc carmen ad modum Phœniciæ mercis trans canum mare. Respice vero benevole excipiens Castoreum Æoliis fidibus (cantatum) munus septichordæ citharæ. Sis qualis es ex bona institutione. Venustus sane simius pueris; semper—venustus! (Sic rex adulatoribus semper sapiens, magnus.) Str. 4.
At Rhadamanthus clarum nomen habet, quia mentis habebat 133.
fructum incorruptum (sapientiam); neque fraudibus (adulatorum) animo oblectabatur suo; quod quidem artibus susurronum hominum contingere fere semper solet: malum utrisque inextricabile, calumniarum interpretes, moribus im-

pense vulpium similes. Quoad lucrum vero, quid adeo hoc lucrosum est? Etenim in marino velut labore (piscatione), submerso reliquo retis funiculo, suberis instar, non submersus
Ant. 4. ego in superficie maris nato*.—Fieri non potest, ut verbum
148. emittat valens (ad persuadendum) inter bonos, dolosus civis. Veruntamèn adulator omnibus adblandiens, malum † utique texit. Non hujus ego particeps sum impudentiæ. Amicum decet amare; in inimicum vero et ipse inimicus lupi more incurram, hic illic incedens viis obliquis. In omni vero reipublicæ administratione rectilinguis vir præstat, et in regno, et quando tumultuans populus, et quando rem publicam sapi-
Ep. 4. entes tenent. Nec tamen fas est cum deo contendere,—qui
163. evehit interdum quidem res illorum, nunc rursus vero aliis dare solet magnam gloriam. Sed neque hæc animum placant invidorum. Dum enim trutinant (alterius bona) lance depressa, suo cordi vulnus dolentissimum infligere solent, antequam ea, quæ cum solicitudine meditantur, assequantur. Ferre vero leviter humeris impositum jugum juvat: at contra stimulum calcitrare, est perniciosa ratio. Probatum vero liceat me cum bonis conversari.

## PYTH. III.

# EIDEM HIERONI,

### EQUO CELETE.

Str. 1. VELIM Chironem Phillyridem, si fas est illud mea lingua vulgare optare dictum, (ex vulgari formula,) reviviscere (utinam revivisceret) defunctum, Uranidæ sobolem præpotentem Saturni, vallibusque denuo imperare Pelii, ferum quidem (corporis specie) agrestem, sed mente prædìtum hominibus amica; qualis educavit olim artificem mitem indolentiæ corpori-salutaris, Æsculapium, heroem, omnium propulsatorem
Ant. 14. morborum,—quem equestris Phlegyæ filia antequam peperis-

* Quid si ἐναίλιος πόνος de navigatione vel naufragio, (ut Pyth. iv. 47. ἐναίλιον δόρυ de navi,) et σκινὴ ἐτρίρα de navi ipsa vel fractæ navis tabulis intelligatur? K.

† ἄταν. Vid. Not. Edit.

set cum (juvante) matribus-præsente Lucina, domita aureis sagittis Dianæ, in Plutonis domum, in thalamo, descendit, opera Apollinis. Ira enim non irrita est filiorum Jovis. Illa nimirum contempto ipso, (Apolline,) errore mentis, alias probavit nuptias, clam patre, antea cum intonso consuescens Phœbo,—et gestans semen dei sanctum. Non sustinuit ac- Ep. 1.
cedere ad epulas nuptiales, neque ad omnisonorum hymenæ- 27.
orum clamorem, æquales quomodo virgines solent sociæ vespertinis juveniliter ludere cantibus. At vero amavit absentia; quemadmodum etiam (alii) multi affecti esse solent. Est nimirum genus hominum stolidissimum, qui (quorum quisque) contemnentes præsentia circumspiciunt remota, vana consectantes irrita spe.—Contraxit hujusmodi magnam cul- Str. 2.
pam pulchre-vestitæ animus Coronidis. Venientis enim ex 42.
Arcadia hospitis in lecto concubuit. Non autem latuit speculatorem. In Pythonem enim, ovium-mactatarum-receptrice, hæc sensit templi rex Loxias ab arcanorum conscio integerrimo, in mentem (sibi id) inducens, omnia scienti animo. Nam falsa non admittit, fallitque eum nec deus nec homo nec factis nec consiliis.—Etiam tunc sentiens Ischyis Elatidæ, Ant. 2.
qui peregre advenerat, concubitum nefariamque fraudem, 55.
misit sororem, ira furentem ingenti, Laceriam. Nam ad Bœbiadis (paludis) ripas habitabat virgo. Fatum autem infestum, ad malum quod (eam) impulerat, perdidit eam. Et vicinorum multi in societatem mali venerunt. Nam simul perierunt; magnamque in monte ignis ex uno semine irruens vastavit silvam.—At postquam strue in lignea collocarunt Ep. 2.
cognati puellam, fulgorque circumcurrit vehemens Vulcani, 68.
tunc dixit Apollo: Non sustinebo animo, sobolem meam perdere miseranda morte, matris gravi cum interitu. Sic dixit, gressuque primo prehensum puerum e cadavere eripuit; ardens autem ipsi dissiluerat pyra. Et utique eum Magnesio afferens tradidit Centauro, ut is doceret eum multinocuos hominum sanare morbos.—Hos igitur, quotquot eum adierunt, Str. 3.
aut sponte-enatis ulceribus afflicti, aut cano ære saxove emi- 83.
nus jacto membra vulnerati, aut æstivo igni frigoreve hiberno corpus læsi, liberans alium ab aliis doloribus eduxit; alios quidem mollibus incantationibus curans, alios vero lenientibus potionibus, vel membris circumnectendo undique medicamina, (amuleta,) alios denique sectionibus restituit sanos.—Verum lucro etiam sapientia irretiri solet. Pervertit et illum Ant. 3.
ampla auri merces, in manibus fulgens, ut virum e morte 96.
reduceret jam damnatum (morti). Sed manibus Saturnius trajiciens utrisque, respirationem pectorum abstulit celeriter,

ardensque fulmen inflixit mortem. Oportet a diis flagitare ea, quæ conveniunt mortalibus mentibus, reputando, id quod
Ep. 3. in promptu est, qualis simus naturæ.—Ne, anime mi, vitam
109. immortalem affecta. Sed quam perficere possis exerce operam. Si vero prudens antrum inhabitaret adhuc Chiron, et aliquod ei delinimentum in animum dulciloqui hymni nostri instillare possent; utique ipsi persuaderem, ut et nunc strenuis viris medicum præberet acutarum febrium, aut aliquem Latoidæ (Apollinis) aut patris (Jovis) filium advocatum (ut opem ferret). Atque tum navibus proficiscerer, Ionium secans mare, Arethusam ad fontem, ad Ætnæum hospitem.—
Str. 4. Qui Syracusis imperat rex clemens, civibus non invidens
124. bonis, hospitibus autem admirandus pater. Ad quem si descenderem, geminum, sanitatem afferens auream, munus, hymnumque, certaminum Pythiorum splendorem coronarum, quas victor Pherenicus (equus) supportavit modo Cirrhæ; videre cœlesti, opinor, splendidius ei lumen venirem utique,
Ant. 4. profundo mari trajecto.—Sed preces facere equidem volo
137. Matri, quam puellæ juxta meum vestibulum una cum Pane colunt frequenter noctu, venerandam deam. Cum tu vero sapientiæ intelligere summam, ô Hiero, veram didiceris, edoctus scis ex iis, qui ante nos vixerunt: unum juxta bonum mala simul gemina distribuunt mortalibus Immortales. Illa vero non possunt stulti decenter ferre; sed (possunt) boni,
Ep. 4. meliora qui obvertere solent extra.—Tibi autem sors felicitatis
150. contigit. Si quem enim hominum, regem certe populi ducem respicit magna fortuna. Vita tamen calamitatis expers non contigit neque Æacidæ Peleo, neque divinô Cadmo: qui tamen dicuntur mortalium felicitatem summam tenuisse, quique aureis-reticulis-redimitas canentes in monte (Pelio) Musas septiportibusque audierunt Thebis, cum (alter) Harmoniam duceret magnis-oculis-insignem, alter vero Nerei
Str. 5. prudentis Thetin filiam inclytam.—Et dii epulati sunt apud
165. utrumque, et Saturni filios reges viderunt aureis in thronis, (epulis nuptialibus assidentes,) muneraque sponsalia acceperunt; Jovisque beneficio ex prioribus malis recreati animum erexerunt. Attamen posteriore tempore illi quidem (Cadmo) gravibus tres filiæ malis abstulerunt lætitiæ partem; candidis-ulnis-insignis autem Thyonæ Jupiter pater venit ad torum
Ant. 5. amabilem.—Hujus vero (Pelei) filius, quem solum immortalis
178. peperit Phthiæ Thetis, in bello sagittis anima amissa, excitavit igni concrematus Danais planctum. Si quis igitur mortalium mente tenet veritatis rationem, eum fas est, deorum beneficio si consequitur hoc, esse felicem (felicitate frui, si

ei obtigit; verum et ad alteram fortunam paratum habere pectus). Alias vero aliæ auræ sunt alte-volantium ventorum; Felicitas (que) hominum non diu durat, si qua magna nimisque cumulata homini ingruerit.—Tenuiter me geram in fortuna tenui; magnifice (majore cum impensa) in ampliori; semperque eam, quæ mihi adest, fortunam animo prosequar, pro viribus meis colens. Si vero mihi divitias deus lautas præbuerit: spem habeo, gloriam me consecuturum esse excelsam apud posteros. Nestorem et Lycium Sarpedonem, hominum fabulas, ex carminibus sonoris, artifices qualia sapientes concinnarunt, novimus. Virtus enim inclytis carminibus diuturna evadit. Paucis vero (id) assequi facile est. Ep. 5. 191.

## PYTH. IV.

## ARCESILAO CYRENÆO,

### CURRU.

HODIE oportet te viro amico adesse, bellicosæ regi Cyrenes, ut pompam-agente cum Arcesilao, ô Musa, Latoidis debitum Delphisque secundes auram secundam carminum; ubi olim aureis Jovis aquilis assidens, non absente Apolline, sacerdos oraculo edixit: Battum conditorem frugiferæ Libyæ, sacra insula jam relicta, conditurum curribus-præstantem urbem in albicante ubere terræ;—et Medeæ vaticinium in animum revocaturum cum septima et decima generatione Theræum; Æetæ quod quondam magnanima filia efflavit ex immortali ore regina Colchorum. Dixit vero sic Semideis Jasonis bellicosi nautis: Audite, filii fortium virorum deorumque: Aio enim, ex hac marivaga aliquando terra Epaphi filiam plantaturam esse urbium stirpem mortalibus caram, Jovis in Ammonis sedibus.—Delphinesque breviter alatos (pinnatos) equis permutantes velocibus, habenas pro remis et currus gubernabunt procellipedes. Illud augurium eveniet (exitum habebit), ut magnarum urbium metropolis Thera fiat, quod olim Tritonidis ad ostia paludis a deo ho- Str. 1. Ant. 15. Ep. 29.

mini assimulato terram dante pro xeniis e prora Euphemus
Str. 2. descendens accepit: faustum autem ei Saturnius Jupiter
42. pater superintonuit tonitru;—quando anchoram æreum-os habentem, velocis Argus frænum, e navi suspendentibus occurrit (deus ille). Duodecim nimirum antea dies ex Oceano ferebamus super terga terræ deserta marinam trabem consiliis eductam meis. Tunc igitur solivagus deus accessit, splendida viri venerandi facie assumpta: amicisque verbis orsus est, hospitibus velut advenientibus benefici hospites cœnam de-
Ant. 2. nunciant primum.—[Enim vero reditus causa dulces prohi-
56. bebat (nos) manere]. Dixit vero, Eurypylum, terram-continentis filium immortalis Neptuni esse. Cum autem videret (nos) festinantes: statim arripiens dextra obvium terræ hospitale munus studuit (Euphemo) dare. Neque recusavit illam heros; sed in littora prosiliens, manui ejus manum cum contra porrexisset, accepit glebam divinam. Audio autem
Ep. 2. eam submersam e navi marina diffluxisse aqua,—sub ves-
70. peram humido pelago illapsam. Utique ipsam mandaveram sæpe levantibus-(herum)-labore famulis servandam. At eorum oblitæ sunt mentes. Atque nunc in hacce insula immortale profusum est Libyæ spatiosæ semen, ante tempus. Si enim domi eam (glebam) projecisset in inferas Orci fauces, ad sacram Tænarum Euphemus ubi pervenisset, filius equitum-præsidis Neptuni, rex, quem olim Europa Tityi filia
Str. 3. peperit Cephisi ad ripas:—quarta generatione filiorum prog-
83. natorum soboles ejus cum Danais latam illam continentem accepisset. Tunc enim e magna egredientur Lacedæmone Argivoque sinu et Mycenis. Nunc vero peregrinarum mulierum amplexibus (Euphemus) præclarum suscipiet genus (virorum,) qui in hancce beneficio deorum insulam venientes, genituri sint virum, camporum nigrorum dominum, (Battum:) quem quidem auri-divite aliquando in æde Phœbus admonebit
Ant. 3. oraculis, Pythium templum ingressum:—ut tempore seriore
97. navibus multos deducat Nili ad pingue templum Saturnii. Erat hæc Medeæ verborum series. Obstupuerunt vero immoti silentio heroes divini, reconditum vaticinium audientes. Te vero, ô beate fili Polymnesti, hoc sermone oraculum erexit sacerdotis Delphicæ sponte editum, quæ te salvere ter cum jussisset, fato destinatum regem declaravit
Ep. 3. Cyrenes,—dum tu interrogabas: quomodo impedita loquela
111. solvi deorum beneficio posset. Utique etiam nunc, ceu floribus-purpurei veris in vigore, inter hujus (Batti) posteros octava florèt progenies, Arcesilaus; cui Apollo Pythoque gloriam per Amphictyonas præbuit cursus. Ego vero eum

Musis tradam et aureum vellus arietis. Ad illud enim dum navigabant Minyæ, divinitus missi ipsis honores originem habuerunt.—Quænam igitur initia fuerunt navigationis? quæ- Str. 4.
que necessitas validis adamantinis illos alligavit clavis? Fatale 124.
erat Peliam ab illustribus Æolidis interfici sive manibus, sive consiliis sævis. Venit nimirum animo ejus prudenti horrendum vaticinium, apud medium umbilicum (Delphos) arborosæ editum matris: ut virum altero tantum pede calceatum magnopere caveret, si quando altis e recessibus in apricam terram veniret talis inclytæ Iolci,—sive peregrinus, sive civis. Venit Ant. 4.
igitur tandem hastis geminis vir terribilis; vestisque dupli- 138.
citer eum texit: altera, Magnetibus usitata, applicans se admirandis membris; altera vero circa eam pardi pellis arcebat horrorem incutientes imbres. Neque comarum cincinni detonsi abierant pulchri, sed per totum tergum splendebant. Mox vero, recta accedens, sui constitit animi imperterriti experimentum dans in foro quum frequens esset turba.—
Atque eum quidem non agnoscebant; animadvertentium Ep. 4.
tamen aliquis dixit ita: Numquid hic est Apollo! neque 152.
sane æreo-curru-utens maritus est Veneris. In Naxo autem clara aiunt obiisse Iphimediæ filios Otum, et te, ô audax Ephialta rex. Etiam Tityum sagitta Dianæ confecit velox ex invicta pharetra deprompta; ut quisque ad licitos amores aspirare amet.—Talia illi inter sese invicem loquebantur. Str. 5.
Mulabus autem politaque rheda concitate Pelias supervenit 165.
properans. Obstupuit autem statim adspecto bene-cognito calceo dextrum tantum circa pedem. Occultans tamen animo metum allocutus est eum: Quamnam terram, ô hospes, profiteris patriam esse? et quænam hominum te terrigenarum candido emisit ventre? odiosissimis mendaciis non contaminans (ea quæ dicis), dic genus.—Huic autem confidenter Ant. 5.
placidis verbis sic respondit: Aio disciplinam Chironis me 179.
afferre. Ex antro scilicet venio a Chariclo et Philyra; ubi Centauri me filiæ educarunt castæ. Viginti autem postquam complevi annos, nihil neque facto neque verbo obsequioso illis significans, redii domum, pristinum recuperaturus regni patris mei, quod olim Jupiter populorum duci Æolo liberisque ejus dederat, injuste ab alio occupati, honorem.—
Audio enim Peliam iniquum splendidis obsecutum præcordiis Ep. 5.
violenter illud nostris juste imperantibus parentibus eripuisse; 193.
qui me, cum primum vidi lumen, insolentis regis veriti injuriam, funere tanquam defuncti atro in ædibus cum ejulatu mulierum instituto, clam emiserunt fasciis in purpureis; noctem arbitram facientes itineris, Saturnioque nutriendum

Str. 6. Chironi tradiderunt.—Sed harum quidem rerum capita tenetis.
206. Equestrium vero parentum ædes vos, ô inclyti cives, indicate mihi aperte. Æsonis enim filius, indigena, non peregrinam veni in terram aliorum. Centaurus vero me divinus Jasonem nominans appellavit. Sic dixit. Atque illum ingressum agnovit oculus patris; ejusque ex senilibus palpebris ebullierunt lacrymæ; suo in animo quandoquidem gavisus est eximie,
Ant. 6. filium cum videret pulcherrimum hominum.—Tum fratres
220. Æsonis ad eos ambo venerunt, illius ad famam: ex propinquo quidem Pheres, fontem Hypereidem linquens; ex Messene vero Amythaon; statim etiam Admetus venit et Melampus lubentes ad patruelem. Convivii vero munere cum amicis verbis eos excipiens Jason, (muneribus) hospitalibus convenientibus præbitis omnem hilaritatem intendit, per totas quinque decerpens noctes atque dies sacrum lætitiæ florem;—
Ep. 6. at sexto die omnem ille ab initio serium sermonem proposi-
234. tum cum consanguineis communicavit. Illi vero obsequuti sunt. Statim vero ex sedibus prorumpit cum illis. Et venerunt ad ædes Peliæ, irruentesque constiterunt. De iis vero cum audisset, ipse obviam processit Tyrus comarum-studiosæ filius. Placidum autem Jason molli voce stillans sermonem, jecit fundamentum sapientum verborum: Fili Neptuni
Str. 7. Petræi,—sunt quidem hominum mentes velociores ad utili-
247. tatem fraudulentam justitiæ preferendam, cum tamen ad asperum sibi sic viam parare soleant exitum. At me oportet et te, legitime frænatis affectibus, texere futuram (nostram) felicitatem. Scienti tibi dico. Una mulier Cretheique mater fuit et audacis-consilio Salmonei; tertia vero generatione nos deinceps ab illis sati, robur solis aureum cernimus. Parcæ autem aversantur, si qua simultas intercedit cognatis, pudore
Ant. 7. (pietate inter eos) extincto.—Non decet nos duos æs-pene-
261. trantibus gladiis aut jaculis magnas majorum opes partiri. Oves quippe tibi ego et boum flavos greges relinquo agrosque omnes, quos ablatos meis parentibus depasceris, opes tuas alens. Neque me angit, quod tuam domum hæc valde amplificant. Sed sceptrum regium et thronum, cui olim Crethides (Æson) insidens, equestrium dirigebat populorum jura;
Ep. 7. hæc quidem sine communi molestia—redde nobis, ne quod
275. gravius inde tibi excites malum. Sic utique dixit. Placide autem vicissim allocutus est eum etiam Pelias: Ero talis. Sed jam me senilis pars ætatis urget; (adest mihi senectus;) tuæ vero ætatis flos adhuc viget; potesque auferre iram inferorum. Jubet enim Phrixus profectum ad Æetæ thalamos suam animam piare, pellemque arietis vil-

lucam auferre, quo olim e mari servatus fuit,—eque novercæ Str. 8.
impiis telis. Hæc mihi mirum somnium allapsum mandat. 288.
Ego vero oraculum consului apud Castaliam, si quid explorari posset; idque jussit me quam celerrime navi suscipere profectionem. Hunc tu laborem sponte perfice, tum tibi monarchiam et regnum juro me traditurum, firmum jusjurandum (is, per quem sancte juratur) testis adsit, nostrum utrique Jupiter genitalis. In pactum hoc ubi convenissent, discesserunt. At Jason ipse jam—incitabat præcones in- Ant. 8.
stantem navigationem ut denunciarent ubique. Statim vero 302.
Saturnii Jovis filii tres nigrisque-superciliis-ornatæ Alcmenæ Ledæque invicti-pugnatores venerunt: duoque alte-comati viri, Neptuni soboles, reveriti (Jasonis) virtutem, eque Pylo et a promontorio Tænaro; quorum, Euphemi quidem tuaque, ô Periclymene fortissime, gloria insignis (hac expeditione) reddita est. Apolline vero natus, citharœdus carminum pater, accessit laudibus clarus Orpheus.—Misit porro Mercurius Ep. 8.
auream-virgam-gestans duos filios ad difficilem laborem, 316.
unum Echionem, juventæ vigore plenos, alterum Erytum; statim autem, ad Pangæi montis radices habitantes, venerunt. Promptus etiam animo lubenti cito armavit Zeten Calainque rex ventorum, pater Boreas, viros ambo alis terga horrentes purpureis. Hocce ad inflectendos-animos-potens dulce in Semideis desiderium accendit Juno—navis Argus: ne quis Str. 9.
relictus periculorum expertem, apud matrem maneret, vitam 329.
fovens; sed ut vel mortis cum periculo ornamentum pulcherrimum virtutis suæ æqualibus assequeretur cum aliis. In Iolcum vero postquam descendit nautarum flos: recensuit omnes, postquam laudasset, Jason. Et vero vates ex auguriis sortibusque vaticinans sacris Mopsus, navem conscendere jussit exercitum promptus (auguria fausta nuntians). Postquam autem e rostro desuper suspenderant anchoras:—auream Ant. 9.
manibus capiens phialam dux, in puppi, patrem Cœlitum, 343.
fulminatorem Jovem, et celeres fluctuum ventorumque motus precabatur, et noctes, et maris vias, diesque felices, et optabilem reditus fortunam. E nubibus vero ei respondit tonitru fausta vox; splendidique venerunt radii ex fulgure erumpentes. Animum autem heroes receperunt, dei prodigiis confisi.—Jussit vero eos incumbere remis prodigiorum spe- Ep. 9.
culator, dulces indicans spes. Remigatio igitur asperarum 357.
manuum labore indefessa successit; Notique flatibus ad Ponti Axini ostium acti venerunt; ubi sacrum Neptuno marino constituerunt delubrum: fulvus autem Thraciorum taurorum grex aderat: divinamque lapideam aram. In peri-

culum vero grave conjecti, domino supplicabant navium
Str. 10. (navigationis),—ut concurrentium impetum inluctabilem effu-
370. gerent petrarum. Geminæ enim erant, vivæ, volvebanturque velociores, quam graviter-stridentium ventorum acies. Sed jam mortem illa iis Semideorum navigatio adducebat. Phasin autem deinde ingressi sunt, ubi nigris Colchis robur (h. e) admoverunt (cum iis congressi sunt), Æetam apud ipsum. Domina autem acutissimorum telorum Cypria Venus ver-
sicolorem torquillam, indissolubili quatuor radiorum rota
Ant. 10. alligatam,—furiosam avem, primum ad homines cœlitus de-
384. tulit, precesque incantatrices edocuit sapientem Æsonidam, ut Medeæ eximeret parentum reverentiam, desiderabilisque Græcia ipsam in pectore ardentem versaret flagello Suadæ. Atque mox illa (Medea) summam laborum paternorum (a patre injunctorum) ostendit Jasoni, oleoque permixta remedia dolorum dedit quibus ungeretur; pactique sunt communes
Ep. 10. nuptias dulces inter se jungere.—At postquam Æetes ada-
398. mantinum in medio aratrum statuerat, et boves, qui flammam e flavis malis spirabant ardentis ignis, æreisque ungulis pulsabant terram alternis: hos adductos jugo admovit solus (Æetes); rectosque sulcos in longum ducens egit, et glebas emittentis ad orgyæ altitudinem dissecuit dorsum terræ. Tum ita dixit: Hoc opus, rex qui præest navi, mihi si perfecerit,
Str. 11. incorruptibile stragulum auferat,—vellus splendidum aureo
411. villo. Sic eo dicente, abjecto Jason croceo vestimento, deo fretus, aggrediebatur rem. Ignis vero eum non turbabat veneficiorum-peritissimæ hospitæ præceptis (medicaminibus). Protracto vero aratro, bubulis quum religasset necessitatis (domantibus) instrumentis colla (taurorum): incutiens validorum-laterum-corpori stimulum gravem, fortis elaboravit imperatum (agri) spatium. Ingemuit vero tacito quamvis dolore
Ant. 11. robur Jasonis Æetes admiratus,—simulque socii forti viro
425. amicas porrigebant manus, coronisque eum herbaceis redimiebant, blandisque sermonibus excipiebant. Statim autem Solis admirandus filius vellus splendidum indicabat, ubi illud extenderant Phrixi cultri. Sperabat autem non item ei huncce perfecturum esse (Jasonem) laborem. Repositum enim erat in saltu, draconisque custodiebatur sævissimis malis, qui crassitie longitudineque quinquaginta-remorum navem (ipsam Argo) superabat, quam construx-
Ep. 11. erant ictus ferri.—Longe mihi (in promptu esset) proce-
439. dere in via: opportunitas quidem adesset: sed novi etiam semitam quandam brevem, multisque præcello artificio (hoc) aliis. (Verbo:) Interfecit ille arte, cæsiis-oculis varioque-

terga serpentem, ô Arcesilae, clamque abduxit Medeam cum vellere, Peliæ mortem; ad Oceanique pontum accesserunt, mareque rubrum, Lemniarumque gentem fœminarum viricidarum, ubi et membrorum in certaminibus exhibuerunt specimen, veste nudati,—et (cum illis) consueverunt. Atque Str. 12.
tum, in peregrinis licet terris, vestræ felicitatis scintillas 452.
accepit fatalis dies vel noctes. Ibi enim genus Euphemi satum, in posterum perpetuum (tempus) extitit. Et Lacedæmoniorum ingressi sedes, postea aliquando in Callistam migrarunt insulam. Inde vero vobis Latonæ filius dedit Libyam terram deorum beneficio colendam, ad urbem aurithronæ gubernandam divinam Cyrenes,—recti-consultricem pruden- Ant. 12.
tiam adeptis. Calle nunc Œdipi sapientiam. Etiamsi quis 466.
ramos acuta securi amputet magnæ quercus, fœdetque admirandam ejus speciem, (tamen illa) etsi sterilis reddita, dat suæ naturæ argumentum, si quando hibernus ignis illa fiat ad extremum, aut rectis herilibus (in heri domo) columnis fulta, (tanquam trabs,) onus aliis in muris difficile sustineat, suo derelicto loco.—Tu vero ades medicus opportunissimus; Ep. 12.
Pæanque tuam honorat vitam (favet tibi). Oportet molli 480.
manu adhibita os vulneris tractare. Facile quippe est civitatem concutere etiam imbecillioribus. At in sede iterum collocare, difficile utique est, inopinato nisi deus principibus gubernator adfuerit. Tibi vero harum rerum contexitur decus. Persevera felicem in Cyrenen impendere studium omne. Homericarum autem etiam hanc considerans sententiam cura: Nuntium prudentem, inquit, honorem maximum (adeoque successum) negotio cuivis afferre.—Augetur adeo Str. 13.
(honore) Musa quoque nuntio recto. Cognovit Cyrene et 493.
celeberrima domus Batti justam (rationem et viam) Demophili mentis. Ille enim inter pueros juvenis, in consiliis vero senex, quasi assecutus centennem vitam. Privat maledicentiam splendida voce, didicitque injuriosum odisse,—non con- Ant. 13.
tendens contra bonos, neque procrastinans rem ullam; 507.
quandoquidem tempus opportunum inter homines breve spatium habet (mox præterit); ille vero bene id novit, comitaturque eum (opportunitas) famula non tanquam fugitiva. Aiunt vero esse hoc molestissimum, nosse honesta (bonorum sensum habere), at ex necessitate extra ea habere pedem (iis carere). Et sane ille (tanquam alter) Atlas cum cœlo (ita ipse cum ærumnis) colluctatur nunc procul patria a tellure, et a possessionibus suis. Solvit tamen Jupiter immortalis etiam Titanas: et tempore mutationes (fiunt), cessante vento, —velorum. Sed optat, pernicioso morbo exantlato (exilio), Ep. 13.
521.

tandem domum videre; ad Apollinisque fontem convivia frequentans, animum tradere juvenili hilaritati; sæpeque inter sapientes cives affabre-factam citharam gestans, in otio quieto pulsare, nec sane cuique damnum inferens, nec patiens ipse a civibus quicquam. Atque tum narraverit, qualem Arcesilao invenerit fontem præclararum laudum novum, Thebis hospitio exceptus.

## PYTH. V.

## ARCESILAO CYRENÆO,

### CURRU.

Str. 1. DIVITIÆ magnam vim habent, quum quis mortalis virtute temperatas intemerata, fortuna tradente, habeat eas multorum-amicorum-conciliatrices comites. O beate Arcesilae, tu utique, ab inclytæ ætatis primis gradibus usque, cum gloria eas tenes, voluntate aureo-curru-vecti Castoris, serenitatem qui post hibernam procellam in tua fulgere facit beata domo.

Ant. 15. —Sapientes vero pulchrius (bene) ferunt divinitus-datas opes. Te vero incedentem in justitia magna felicitas amplectitur, tum quia rex es magnarum urbium, oculusque congenitus (h. e. tuus) præ se fert venerandam hanc majestatem cum prudentia tua conjunctam; tum vero beatus etiam nunc es, gloriosa quod victoriam jam in Pythiade (Pythico solenni) equis adeptus, accipis huncce victoris pompam ducentem

Ep. 29. virorum hymnum,—Apollineum ludicrum. Idcirco ne obliviscaris, in Cyrene, pulchrum circa hortum Veneris, celebratum (illud): omnia quidem ad deum auctorem referre. Amato vero Carrhotum eximie inter amicos: qui non Epimethei secum habens sero-sapientis filiam Excusationem, Battidarum pervenit ad domos jura-colentium; sed currus-victorialis, ad aquam Castaliæ hospitio exceptus, præmium

Str. 2. imposuit tuis comis,—salvis habenis equorum velocium duo-

43. decim-cursus-emensorum in campo sacro. Fregit enim instrumentorum robur nullum, sed pendent dedicata, quæcunque manu-fabricantium fabrorum opera afferens Crisæum

collem prætervectus est, in cavo saltu Dei; totidem (hæc) tenet cupressina trabs, ad statuam prope, Cretenses quam sagittarii in templo Parnassio collocarunt, unius arboris truncum.—Benevola itaque decet mente benefactorem ex- Ant. 2.
cipere. Te vero, ô Alexibii fili, (Carrhote,) pulchricomæ 57.
illustrant Gratiæ (Musa lyrica), beatus qui habes etiam post magnum laborem carminum præstantissimorum monumentum. Inter quadraginta enim lapsos aurigas tu integrum currum reportans intrepido animo, rediisti jam in Libyæ campum ex splendidis certaminibus, patriamque urbem.—Laborum vero Ep. 2.
nemo exsors est neque erit. Batti vero permanet prisca feli- 71.
citas, in utraque licet fortuna; propugnaculum urbis, lumenque clarissimum hospitibus. Illum sane et frendentes leones præ timore fugerunt, linguam quando illis attulit transmarinam. Nam auctor coloniæ deducendæ dedit Apollo bestias gravi metui, ut ne rectori Cyrenes irritus fieret in oraculis.—
Qui et gravium morborum remedia viris et mulieribus distri- Str. 3.
buit, præbetque citharam, datque Musam quibuscunque 85.
voluerit, placidam in animum immittens tranquillitatem; antrumque regit fatidicum, per quod et Lacedæmone Argisque divinaque in Pylo habitare fecit strenuos Herculis posteros Ægimiique. At meum est, prædicare, quod e Sparta venit, amabile decus:—Unde oriundi venerunt in Theram Ægidæ, Ant. 3.
mei majores, non sine numine; sed fatum quoddam duxit. 99.
Inde accepto multarum victimarum epulo, tuis, ô Apollo, Carneis, sacro celebramus Cyrenen pulchre-exstructam urbem, quam incoluere (tum) ære-armati hospites Trojani Antenoridæ. Cum Helena enim venerunt, fumantem patriam postquam viderant—in bello. Equestrem autem gentem Ep. 3.
(hanc) religiose excipiunt (colunt), sacris adeuntes eos et 113.
munera afferentes incolæ, quos Aristoteles (Battus) adduxit, navibus velocibus maris profundam viam aperiens: condiditque lucos majores deorum, stravitque in Apollineæ salutarishominibus pompæ usum rectam planitiem, equis-perstrepentem Scyrotam viam; ubi in extrema parte fori seorsum jacet mortuus.—Beatus quidem ille inter homines Str. 4.
habitabat, herosque postea populo cultus. Seorsum vero 127.
ante domos ceteri reges sacri sortiti sunt sepulchrum. Magnam vero virtutem, rore molli aspersam hymnorumque liquoribus, audiunt alicubi sub-terris-vivente animo, suam felicitatem, filioque commune decus justeque debitum Arcesilæ, quem in choro canentium juvenum decet aureoense-insignem Phœbum celebrare,—cum habeat ex Pythone Ant. 4.
præmium victoriale impensarum, carmen jucundum. Virum 141.
illum laudant prudentes. Vulgo-dictum dico. Præstanti-

orem ætate mentem alit; linguaque animique virtute alas expandens inter volucres aquila est, et in certaminibus muri instar robur (ipsi est); interque Musas ales inde a matre cara,
Ep. 4. celebratusque curruum agitator scitus.—Et quotquot sunt
155. indigenarum laudum viæ, aggressus est ille, numenque ei et nunc propitium perficit virtutem, (facit ut assequatur quod aggreditur,) et vero in posterum, ô Saturnii dii, detis, ut in factis consiliisque habeat (eam), ne fructibus-exitialis ventorum hibernus flatus fœdet ævum. Jovis utique mens magna gubernat fortunam virorum (ipsi) carorum. Precor eum Olympiæ hanc (similem huic Pythicæ) ut conferat victoriam in Batti genus.

## PYTH. VI.

## XENOCRATI AGRIGENTINO,

### CURRU.

Str. 1. AUDITE. Utique enim pætos-oculos-habentis Veneris arvum Charitumque aramus (carmen paramus), ad, umbilicum horrisonæ terræ, templum accedentes, de Pythicis victoriis ubi felicibus Emmenidis, fluvialique Agrigento, atque adeo Xenocrati, paratus hymnorum (propter victorias Pythi-
Ant. 10. cas) thesaurus in divite Apollineo asservatur luco,—quem neque hibernus imber cum impetu irruens, horrisonæ nubis exercitus immitis, neque ventus in recessus maris rapiat, convecto undique (a fluctibus) sabulo illisum. At ille, luce vultum in candida (h. e. vultus-serenante cum lætitia), patri tuo, Thrasybule, communemque generi tuo, sermonibus mortalium inclytam, curulem Victoriam Crisæis in vallibus,
Str. 2. annuntiabit.—Tu utique eam (victoriam) dextre manu tenens,
19. rectum colis præceptum, quod olim in montibus aiunt Philyræ filium forti (a parentibus) semoto Pelidæ commendasse: ut præcipue quidem inter deos Saturni filium gravisonum fulgurum fulminumque rectorem coleret; eodem vero etiam honore parentum vitam fatis-concessam nunquam privaret.—
Ant. 2. Fuit et antea Antilochus fortis mente hac præditus, qui
28. occubuit pro patre, homicidam quum sustinuisset ducem

exercitus Æthiopum Memnonem. Nestoreum enim equus currum remorabatur Paridis a telis saucius; at ille (Memnon) immittebat validam hastam. Tum Messenii senis perculsa mens inclamavit filium suum.—Neque vero irritum verbum Str. 3.
emisit. Sed stans (adversus hostem) divinus ille vir (Anti- 37.
lochus) redemit morte vitam patris, visusque est apud majores inter adolescentes, facinore ingenti perpetrato, summus esse pietate erga parentes. Atque hæc quidem in præteritis sunt. Inter nostros vero etiam Thrasybulus paternam maxime ad
regulam incedit,—patruoque (proxime) accedens, decus (vir- Ant. 3.
tutis) exhibet: prudentiaque divitias regit, nec injustum nec 46.
insolentem juventæ florem decerpens, sed sapientiam in recessibus Pieridum. Ad te quoque, terræ quassator, qui equestrem incessum invenisti, valde probato (tibi) animo, Neptune, sese applicat. Dulcis vero ejus mens, etiam in convivando cum convivis, apum superat cancellatum opus.

## PYTH. VII.

# MEGACLI ATHENIENSI,

### QUADRIGIS.

PULCHERRIMUM magna urbs Athenæ (sunt) proœ- Str. 1.
mium, quo Alcmæonidarum late-potenti stirpi fundamentum carminum in quadrigarum victoria jaciatur. Siquidem quamnam tribum, quamque familiam habitantem in Græcia prædicem fama illustriorem?—In omnibus enim civitatibus fama Ant. 1.
versatur Erechthei civium, (Alcmæonidarum,) qui tuam, ô Apollo, ædem in Pythone divina admirandam exstruxerunt. Impellunt vero etiam me ad canendum quinque in Isthmo victoriæ, unaque præcellens apud Jovis Olympiam, duæque è Cirrha,—vestræ, ô Megacles, et progenitorum. Nupero Ep. 15.
autem successu felici gaudeo aliquantum; id vero doleo, invidiam excipere præclara facinora. Aiunt utique, (noto dicto,) sic homini, in stabili etiam florenteque felicitate, quantam tamen rerum vicissitudinem accidere solere.

## PYTH. VIII.

# ARISTOMENI ÆGINETÆ,

### LUCTATORI.

Str. 1. BLANDA Tranquillitas, Justitiæ ô urbes-amplificans filia, consiliorumque et bellorum tenens claves supremas, Pythicæ victoriæ decus Aristomenis accipe. Tu enim æqua et agere
Ant. 10. et admittere pariter nosti tempore opportuno.—Tu vero etiam, quando quis immite cordi odium immiserit, aspera, adversariorum occurrens robori, ponis insolentiam in fundo maris (h. e. submergis, opprimis). Quam se infauste lacessere non præviderat Porphyrio. Lucrum id quidem gratis-
Ep. 19. simum est, quod quis volentis ex ædibus auferat;—per vim (majorem) vero etiam magna-jactantem labefactare (illa) solet tandem. Typhos Cilix centiceps eam non effugit, neque adeo rex Gigantum; sed domiti sunt fulmine, sagittisque Apollinis; qui benevola mente Xenarcis filium excepit e Cirrha coronatum herba Parnassia (lauro) Doricoque hymno.
Str. 2. —Neque vero Gratiis excidit (sine decoribus et laudibus est),
30. justam-civitatem-habens, virtutibus inclytis Æacidarum incendens (civium animos) insula; sed perfectam habet gloriam jam inde ab initio. Multa quippe celebratur victricia ad certamina educasse, acresque excellentissimos heroas ad
Ant. 2. pugnas;—quo nomine etiam inter homines conspicua est.
39. Mihi vero non vacat tradere omnem (hanc laudum) prolixitatem lyræque et cantui molli, ne fastidium superveniens molestum sit: Quod vero ante pedes mihi est præclarorum facinorum recentissimum debitum tuum, ô puer, procedat
Ep. 2. currens, mea arte volans.—Lucta enim avunculorum vestigiis
48. insistens, neque Olympiæ victorem Theognetum dedecoras neque Clitomachi victoriam in Isthmo membris-robustis-reportatam. Augens vero gloriam tribus Midylidarum, laudem reportas illam, quam olim Oiclei filius (Amphiaraus) subindicavit prævidens ad septiportes Thebas filios constanter
Str. 3. urgentes bellum,—quum Argis iterum (ad oppugnandas
59. Thebas) venissent Epigoni. Sic autem dixit: in pugnantibus

natura generosus elucescit patrum in filiis animus. Intueor aperte Alcmanem draconem varium corusco in clypeo versantem (clypeum maculoso dracone insignem), primum (inter primos pugnantem) ad Cadmi portas.—At, afflictus priori Ant. 3.
clade, nunc (in Epigonorum bello) faustioris tenetur augurii 68.
nuntio Adrastus heros: etsi domestica adversa fortuna utetur. Solus enim e Danaorum exercitu, interfecti ossibus collectis filii, (Ægialei,) numine deorum redibit exercitu cum incolumi —ad Abantis spatiosos vicos (Argos). Talia quidem edixit Ep. 3.
Amphiaraus. Lætatus vero et ipse Alcmanem coronis peto 77.
aspergoque hymno; vicinus siquidem et possessionum mearum custos obvius est factus eunti mihi ad terræ umbilicum celeberrimum, vaticiniaque attigit (vaticinatus mihi est) congenita arte.—Tu vero, longe jaculans, qui omnes-recipiens- Str. 4.
templum celebre gubernas Pythonis in vallibus, maximam 88.
quidem ibi victoriarum præbuisti; domi vero antea avide-apprehensam quinquertii victoriam in festis tuis præbuisti, ô rex. Propitio autem, precor, animo—aspicias hoc, quo Ant. 4.
singula ista pererro, carmen. Hymno quidem dulcisono 97.
Veritas adstat. Deorum autem curam immortalem exposco, ô Xenarces, vestræ fortunæ. Si quis enim bona consequitur non cum magno labore, multis quidem imperitiorum videtur sapiens ille—opes amplificare consiliorum prudentia. Enim- Ep. 4.
vero non hæc penes homines sunt, sed deus præbet; alias 106.
alium sursum attollens, alium subter manuum libramentum deprimit. Tu vero, et Megaris reportasti victoriam recessuque in Marathonis, Junonisque in certamine patrio victoriis triplicibus, ô Aristomenes, vicisti fortitudine:—quatuorque Str. 5.
irruisti desuper in corpora, mala meditans: quibus neque 117.
reditus pariter jucundus in Pythiis redditus est, neque reversis apud matrem risus dulcis excitavit gaudium; sed per angiportus adversarios subveriti trepidant, calamitate sauciati.—Qui vero decus aliquod recens nactus est, magnam Ant. 5.
ob felicitatem (quæ) ex voto (obtigit,) evolat alata virtute, 126.
habens præstantiorem fructum divitiarum. At enim brevi mortalium felicitas crescit; sic vero etiam (brevi) procidit humi, infesto decreto (fato) quassata.—Dies unius (nos!) Ep. 5.
Quidnam est quis? quid non est quis? Umbræ somnium 135.
homines. Cum tamen splendor a-Jove-datus venerit, fulgens adest lumen hominum et suavis vita. O Ægina, cara mater, libero populo civitatem hancce cura, cum Jove et rege Æaco, Peleoque et præstantissimo Telamone cumque Achille.

## PYTH. IX.

# TELESICRATI CYRENÆO,

### ARMATO CURSORI.

Str. 1. VOLO æreum-clypeum-gestantem Pythicum victorem Telesicratem cum (adjuvantibus) pulchre-cinctis prædicans Gratiis celebrare, felicem virum, equestris decus Cyrenes, quam ventistrepis ex Pelii recessibus comatus quondam Latonæ filius rapuit, vexitque aureo virginem venatricem curru (in Libyam): ubi eam pecorosæ et maxime-frugiferæ constituit dominam terræ, ut radicem (solum) orbis terrarum tertiam
Ant. 16. amabilem florentem inhabitaret.—Excepit vero argentipes Venus Delium hospitem, divinos currus attingens manu leviter; ipsorumque dulci connubio amabilem adjunxit verecundiam, nuptias deo parans cum præpotentis filia Hypsei; qui Lapitharum violentorum tunc erat rex, ab Oceano genere heros secundus; eum olim Pindi claris in convallibus Nais
Ep. 31. delectata Penei lecto Creusa pepererat,—Terræ filia. Ille autem lacertis-decoram educavit filiam Cyrenen, quæ quidem neque telarum retrogradas amavit vias, neque conviviorum domesticas inter socias oblectationes, sed jaculisque æneis venabuloque pugnans conficiebat feras bestias: multam profecto et tranquillam armentis securitatem præbens paternis; suavemque illum concubitorem, parum palpebris incumbentem somnum consumens (somno parum indulgens) sub
Str. 2. auroram.—Invenit eam aliquando ampla-pharetra instructus,
45. leone cum robusto solam luctantem sine armis, jaculator Apollo. Statim vero ex sedibus (evocatum) Chironem allocutus est sermone: Sacro antro, Phillyride, egressus animum fœminæ et magnum robur admirare; qualem intrepido pugnam superinducat capiti (sibi), discrimine majus puella pectus habens; timoreque non turbantur præcordia. Quis eam
Ant. 2. hominum genuit? quanam avulsa stirpe—montium recessus
60. habitat umbrosorum? experiturque robur immensum. Fasne est inclytam manum ei inferre? anne etiam per amplexus demetere mellitum florem? Huic vero Centaurus gravis pla-

cido blande ridens supercilio consilium suum statim reddidit. Sunt, ô Phœbe, occultæ ad sacros amores claves sapientis Suadelæ; et inter deos pariterque homines verentur (omnes) palam (aperta vi) dulcibus frui primum amplexibus.—Namque te, cui non licet quemquam mendacio aggredi, commovit blandus amor, ut simulate eloquereris hunc sermonem. Puellæ vero quorsum genus interrogas, ô rex? qui certum omnium rerum exitum nosti et omnes vias, quotque tellus verna folia emittit, quantaque in mari et fluviis arenæ vis fluctibus impetuque ventorum volvitur; quodque futurum est, et quando futurum est, bene perspicis. Si tamen licet etiam cum sapiente contendere (apud artis vaticinandi peritum vaticinari),—edicam (quæ futura esse præsentio). Huic maritus venisti vallem in hancce, et es eam trans mare, Jovis eximium in hortum, transportaturus. Ibi eam (aliquando) civitatis reginam constitues, populo adducto insulari ad collem campis undique cinctum. Nunc autem spatiosa-prata-habens sacra tibi Libya excipiet gloriosam nympham ædibus in aureis benevola, ubi statim ei tenendam legitime donabit terræ portionem, neque frugiferarum plantarum expertem, neque ignotam animantibus.—Ibi filium pariet, quem inclytus Mercurius, pulchrithronis Horis Terræque, susceptum cara a matre, tradet. Illæ vero genibus suis imposito infanti nectar labiis et ambrosiam instillabunt, facientque eum immortalem, Jovem et sanctum Apollinem, gaudium amicorum, et proximum comitem ovium, Venatorem et Pastorem, ab aliis vero Aristæum appellandum. Sic locutus instigavit eum, ut jucundum nuptiarum perficeret exitum.—Celeris autem est, si quid dii moliuntur, actio viæque breves. Illud illa dies peregit. Thalamoque concubuerunt in aureo Libyæ, quo loco pulcherrimam urbem (Nympha Cyrene) tutatur inclytamque certaminibus. Atque nunc apud Pythonem divinam Cæneadæ filius florentissimæ ipsam admovit fortunæ, ubi victor professus est Cyrenen. Quæ ipsum benevola excipiet, pulchris-fœminis-insigni patriæ gloriam amabilem afferentem e Delphis.—Magnæ virtutes semper capiunt copiosas laudes; in copiosis tamen (in magna rerum dicendarum copia) pauca ornate-edisserere, auditio (grata) sapientibus. Opportunitas autem similiter in quaque re tenet summam. Noverunt aliquando et Iolaum, non aspernatum eam opportunitatem, septiportes Thebæ: quem, Eurysthei postquam caput amputaverat ensis acie, condiderunt ima sub terra in curruum-agitatoris Amphitryonis sepulchro; ubi paternus avus ejus satorum hominum (Thebanorum) hospes

Ep. 2. 75.
Str. 3. 89.
Ant. 3. 104.
Ep. 3. 119.
Str. 4. 133.

jacebat, quum ad equis-albis-tritos Cadmeorum commi-
Ant. 4. grasset vicos.—Peperit ex ejus Jovisque amplexibus prudens
148. unico partu Alcmena geminorum invictum robur filiorum.
Mutus ille fuerit, qui Herculi os non applicet, (ei carmine
celebrando vocem non accommodet,) neque Dircæarum aqua-
rum semper meminerit, quæ illum educarunt et Iphiclem;
quibus ego præclarum ex voto carmen pangam, beneficio
ab iis affectus. Gratiarum celebrium (modo) ne me deficiat
purum lumen! Æginæque enim, aio, Nisique in colle (Tele-
sicratem) ter civitatem hanc (Cyrenen) celebrem fecit,—
Ep. 4. taciturnam laudum inopiam victoria effugiens. Quapropter,
163. si quis ei amicus sit civium, si quis adversarius, hoc utique
publice bene gestum, ne, præceptum violans marini senis
(Nerei), celet. Ille etiam inimicum, præclara res gerentem,
toto animo et pro justitia laudare jubebat. Sæpissime vic-
torem te etiam in sacris statis Palladis vidi; tacitæque quæ-
libet carissimum sibi maritum virgines aut filium optabant
Str. 5. te, ô Telesicrates, (sibi) esse;—in Olympicis quoque, et pro-
177. funde-sinuosæ Terræ certaminibus, inque omnibus etiam
domesticis (Libycis). Enimvero sunt, qui a me, qui siti
carminum medeor, exigant munus carminum denuo, ut ex-
citem antiquam etiam majorum suorum gloriam: quales
Libycam ob fœminam profecti sunt Irasam ad urbem Antæi,
ad pulchricomam proci celeberrimam puellam; quam admo-
dum multi optimates virorum ambierunt cognati, multique
Ant. 5. peregrinorum; nam admirabilis forma—erat: auroque-coro-
192. natæ pubertatis fructum florescentem decerpere volebant.
Pater autem filiæ parans illustrius conjugium, audiverat,
Danaus quondam Argis quales nactus esset quadraginta et
octo virginibus, antequam medius dies illuxisset, velocissimas
nuptias. Statim enim collocaverat universum (puellarum)
chorum ad metas certaminis, certaminibusque pedum jusserat
decernere heroes, quam habiturus esset quisque eorum, quot-
Ep. 5. quot generi futuri ad eas accesserant.—Similiter igitur Libys
207. jungens dabat filiæ sponsum. Ad lineam ipsam ornatam
eam constituit, finis ut esset (laborum) extremus. Dixitque
in medio, abducturum eam, qui primus prosiliens ejus atti-
gisset amictus. Tum Alexidamus, postquam emensus est
rapidum cursum, virginem venerandam, manu manum ejus
apprehendens, duxit equestrium Nomadum per agmen;
multa (que) in ipsum illi projiciebant folia et serta: multas
vero jam antea alas acceperat victoriarum.

## PYTH. X.

# HIPPOCLEÆ THESSALO,

## DIAULI CURSORI.

FELIX, ô Lacedæmon! ô beata Thessalia! In utroque Str. 1.
uno ex patre Aristomacho Herculis progenies imperat.
Quid? an glorior intempestive? Imo vero me Pythoque et
Pelinnæum vocat Alevæque filii, Hippocleæ volentes afferre
in pompa victorem ducentium virorum inclytam vocem.—
Expertus enim est certamina, in concilioque Amphictyonum Ant. 1.
Parnassius eum recessus diauli-cursorum juvenum suppremum
renunciavit. O Apollo, lætus enim hominum exitus et exor-
dium (quicquid perficiunt aggrediunturque) moderante nu-
mine procedit, tuis atque consiliis ille hoc patravit; conge-
nitaque ipsi indoles insistere eum fecit vestigiis patris (Phri-
cim);—bis Olympionicæ in bellicis Martis armis; fecit etiam Ep. 1.
ampla prata habente certamen sub Cirrhæ rupe pedibus
victorem Phriciam. Adsit fortuna futuris quoque diebus,
magnificæ divitiæ (felicitas) ut floreant ipsis.—(Eorumque Str. 2.
quæ) in Græcia (sunt) decorum nacti non exiguam portionem, 29.
ne in odiosas divinitus vicissitudines incidant. Deus adsit
eis inoffenso animo. Fortunatus vero et a poetis celebratus
vir ille est, quicunque manibus aut pedum virtute victor
maxima præmiorum reportavit audaciaque et robore;—et Ant. 2.
vivens adhuc juvenem filium pro parte sua viderit adeptum 39.
coronas Pythias. Æreum cœlum nondum ascensum iis;
quamcunque vero nos mortale genus felicitatem attingimus,
eam assecutus penetrat ad extremum navigationis terminum.
Ad Hyperboreorum vero populum neque navibus neque
pedestri itinere inveneris mirabilem viam;—apud quos olim Ep. 2.
Perseus epulatus est dux, quum, domos eorum ingressus, 49.
sacrificantes deo invenisset inclytas asinorum hecatombas;
quorum (que) festis dapibus jugiter lætisque vocibus maxime
Apollo gaudet, ridetque videns lasciviam exultantium besti-
arum.—Musa autem non exulat a moribus ipsorum. Sed Str. 3.
ubique chori virginum, lyrarumque strepitus, sonitusque tibi- 57.

arum moventur; lauroque aurea comas redimientes epulantur hilariter: neque vero morbi neque pernicioſa senectus attingunt sacram gentem; laborumque et bellorum expertes—
Ant. 3. habitant, evitantes ultricem Nemesin. Audaci autem spirans
67. corde venit aliquando Danaës filius, ducebat autem Minerva, ad hunc beatorum hominem cœtum; occiditque (inde profectus) Gorgonem, et variegatum draconum jubis caput, rediit, insularibus, lapideam mortem, afferens. Mihi vero,
Ep. 3. mirabilia—diis perficientibus, nihil unquam esse videtur
77. incredibile. Remum inhibe, illicoque anchoram fige in terra e prora projectam, latentis auxilium scopuli. Laudatoriorum enim flos hymnorum ad aliam subinde, velut apis,
Str. 4. festinat memorationem.—Spero autem me, dum Ephyræi
85. (tribules) carmen circa Peneum dulce modulantur meum, Hippocleam hunc magis etiam carminibus ob coronas effecturum esse admirandum inter æquales senioresque, juvenculisque virginibus curam (h. carminum argumentum). Etenim
Ant. 4. aliis aliorum desiderium pungere solet pectora:—Quæ vero
95. quisque appetit, ea consecutus, avidum habeat (habere eum par est) studium rei præsentis; post annum autem eventura obscurum est prævidere. Fretus sum hospitalitate benevola Thoracis, qui meum expetens officium, hunc junxit currum Pieridum quadrijugum, amans amantem, ducens ducentem
Ep. 4. benevole.—Exploranti vero et aurum per probationem re-
105. fulget, et mens recta. Fratres quoque (ejus) collaudabimus probos, quoniam in altum efferunt (illustrant) morem (instituta) Thessalorum foventes. Penes enim probos reposita sunt (ibi) paterna augusta civitatum imperia.

## PYTH. XI.

## THRASYDÆO THEBANO PUERO,

### STADII CURSORI.

Str. 1. O CADMI filiæ, Semele quidem Olympiarum (dearum) socia, Inoque Leucothea marinarum contubernalis Nereidum, venite cum Herculis optimæ-prolis-procreatrice matre ad

Meliam, aureorum ad penetralem tripodum thesaurum, quem eximie honoravit Loxias,—Ismeniumque nominavit, veracem fatidicam sedem; ubi etiam nunc, ô filiæ Harmoniæ, indigenam Heroidum cœtum congregatum (Loxias) jubet adesse, ut Themidem sacram, Pythonemque, et recte-judicantem terræ umbilicum, canatis prima vespera,—in septiportium Thebarum gratiam certaminisque Cirrhæ; in quo Thrasydæus denuo celebravit lares paternos, imponens iis tertius coronam, in opulentis arvis Pyladæ victor, hospitis Laconis Orestæ.—Quem, interfecto patre, Arsinoe Clytæmnestræ manibus validis ex periculo nutrix eripuit luctuoso, quando Dardanidæ filiam Priami Cassandram corusco ære cum Agamemnonia anima misit Acherontis ripam ad umbrosam—crudelis fœmina. Num illam Iphigenia ad Euripum mactata procul a patria stimulavit, dolosas ut concitaret insidias? an alio toro lascivientem nocturni seduxerunt amplexus? quod sane juvenibus uxoribus odiosissimum est flagitium, fierique non potest, ut occultetur—alienis linguis. Maledici enim sunt cives; sustinetque opulentia non minorem invidiam; at humiliter vivens in abscondito fremit (obtrectat). Interiit certe (quicquid est) ipse heros Atrides, reversus tandem, inclytis in Amyclis,—vatemque perdidit secum puellam, postquam ob Helenam exustorum Trojanorum dejecit domos de (pristinis) opibus. At ille (Orestes) ad senem hospitem Strophium pervenit puerili capite (puer), Parnassi pedem incolentem, postea vero Marte (ferro) et matrem interfecit et neci dedit Ægisthum.—Certe, ô amici, iter-deflectente trivio vagatus sum, cum recta via incederem antea; aut ventus me aliquis extra (navigandi) cursum propulit, ut navigium marinum. Ad te vero, ô Musa, (quod attinet,) si mercede pacta es locare vocem argento-conductam, alias alia movere par est: —Non * patri Pythionicæ nunc aut Thrasydæo ipsi, quorum lætitiaque et gloria resplendet. Olim curribus præclari victores Olympiæque certaminum celeberrimorum obtinuerunt celerem fulgorem (victoriam) equis;—Delphisque (nunc) nudi in stadium quum descendissent, superarunt Græcanicam turbam velocitate. Divinitus (quotquot deorum numine obtingunt) appetam bona; iis studens, quæ assequi licet per vitam. Decorum enim civilium cum deprehenderim mediocria diuturniore felicitate florere, improbo sortem tyrannidum:—communibus virtutibus intentus sum (studeo). Invidi autem puniuntur noxa. Si quis felicitatis fastigium asse-

Ant. 10.
Ep. 19.
Str. 2.
25.
Ant. 2.
34.
Ep. 2.
43.
Str. 3.
49.
Ant. 3.
58.
Ep. 3.
67.
Str. 4.
73.
Ant. 4.
82.

* Lego μὴ πατρὶ Π. v. 67.

cutus, tranquilleque degens, a gravi injuria se cohibuit, ꝗ nigræ terminum pulchriorem mortis consequi solet, dulcissimis soboli, bonæ famæ, bonorum præstantissimum,
Ep. 4. donum relinquens.—Quod Iphicliden (quoque) celebrem
91. facit Iolaum hymnis decantatum, et Castoris robur, teque, ô rex Pollux, filii deorum, die uno in sedibus (sepulchro) Therapnes, altero vicissim habitantes in Olympo.

## PYTH. XII.

# MIDÆ AGRIGENTINO,

### TIBICINI.

Str. 1. ROGO te, ô splendoris amica, pulcherrima mortalibus-habitatarum urbium, Proserpinæ sedes, quæ ad ripas pecorosi habitas Agragantis ædificiis-bene-constructum collem, propitia, ô regina, immortalium hominumque cum benevolentia, accipe coronam hanc ex Pythone illustris Midæ, eumque ipsum, Græciam qui superavit arte; quam quondam Pallas
Ant. 1. invenit audacium Gorgonum tristem lamentationem contexens (concinnans, imitata) Minerva,—quam e virgineis inaccessisque serpentum capitibus audivit fusam luctuosa cum ærumna; quum Perseus tertiam interfecisset sororum, marinæ Seripho incolisque exitium fatale afferens, utique et divinum Phorci excæcavit genus, et convivium Polydectæ reddidit funestum, matrisque longam servitutem coactumque conjugium, pulcherrimæ caput quum abstulisset Medusæ—
Str. 2. filius Danaës; quem ex auro fama est sponte-pluente natum
29. esse. Sed postquam ex his carum sibi virum laboribus servaverat virgo (Minerva), tibiarum effecit omnisonum cantum, ut Euryalæ ex rapacibus genis emissum instrumento (hoc musico) imitaretur perstreperum luctum. Invenit dea. At cum invenisset eum (tibiæ cantum), mortalium in usum constituit (hunc) capitum multorum (anguineorum in capite Medusæ sibilantium) concentum illustrem, populos-cientium
Ant. 2. procum certaminum,—tenui egredientem æreque calamisque,
43. qui prope pulchris-choris-aptam habitant (nascuntur) urbem

Charitum (Orchomenum), Cephisidis in luco, fidi chorosagentium testes. Quæcunque vero hominibus felicitas contingit, nulla est sine labore; finiet tamen eum vel hodie deus. Fatum non est evitabile. Sed erit (esse potest) tempus, quod etiam insperato aliquem opprimendo, præter opinionem aliud dabit, aliud non (dabit).

# NEMEA.

## NEM. I.

## CHROMIO ÆTNÆO,

### CURRU.

RESPIRANTEM sacrum Alphei, inclytarum Syracusarum germen (colonia), ô Ortygia, cubile (sedes) Dianæ, Deli soror! a te suaviloquus hymnus orditur dicere laudes procellipedum magnas equorum, Jovis Ætnæi beneficium. Quadriga vero incitat Chromii Nemeaque, facinoribus victorialibus laudatorium componere carmen.—Initia autem jacta sunt a diis, illiusque viri divinis virtutibus. Est nimirum in victoria omnis gloriæ fastigium, magnorumque certaminum Musa meminisse amat. Excita nunc decus aliquod (hymnum) insulæ, quam Olympi rex Jupiter dedit Proserpinæ; annuitque ei cæsarie, ut—ipsa Siciliam divitem gubernaret, eminentem fertilis soli opulentis civitatem fastigiis. Prælbuit quoque Saturnius ei belli amantem ferrei populum equestrem, frequenter etiam Olympicarum foliis olearum aureis ornatum. Multa attigi ex ipsa re, non perperam jaculatus. —Adsto autem ad aulicas fores viri hospitalis præclara (victoriam ejus) canens: ubi mihi (tanquam ejus hospiti) placitum epulum adornatum est; crebro enim peregrinorum non expertes ædes ejus sunt. Habet vero vir bonus hoc, ut obtrectantibus aquam fumo (incendio) ferat contrariam. Artes quidem aliorum aliæ. Oportet autem recta via ambulantem anniti pro natura.—Juvat enim certamina robur, consilia mens: ut prospiciat eventum quis, ingenitum est, quibus

Str. 1.

Ant. 1.

Ep. 21.

Str. 2. 29.

Ant. 2. 29.

quidem obtingit illud. Tua autem, ô Agesidami fili, in indole horumque et illorum usus sunt (tibi natura utrumque adest). Non amo magnas domi divitias absconditas habere; sed præsentibus et bene frui, et bene audire, amicis benefaciendo. In hoc enim conveniunt vota magna suscipientium
Ep. 2. virorum.—Ego vero in Hercule moror libenter, in summis
49. (ejus) virtutum fastigiis, antiquam exordiens fabulam: quomodo, postquam ex visceribus matris seresam illico in lucem filius Jovis, partum evadens, gemello cum fratre prodiit,—
Str. 3. ille quidem tum, non latens aurithronam Junonem, croceas
57. fascias ingressus est; sed deorum regina irritata animo immisit dracones protinus; qui quidem apertis portis in thalami penetrale amplum irrepserunt, puerulis avidas malas circumplicare cupientes. Ille autem erectum extendit caput, fecit-
Ant. 3. que periculum primum pugnæ,—duabus effugium-non-dan-
67. tibus manibus suis geminos corripiens cervicibus serpentes. Strangulatis vero tempus animas emavit e membris infandis. Intolerabile vero sane jaculum (terror) percussit mulieres, quotquot Alcmenæ ministrabant puerperæ. Etenim ipsa pedibus nuda prosiliens e strato, simul (cum aliis) propulsavit
Ep. 3. injuriam bestiarum.—Confestim autem Cadmeorum proceres
77. ereis cum armis accurrerunt crebri. Manu quoque Amphitruo vagina nudum vibrans ensem venit, acutis doloribus percussus. Nam domesticum (domestica calamitas) percellit omnes pariter, statim vero doloris-expers cor in luctu alieno.
Str. 4. —Stetit vero in stuporem gravem jucundumque conjectus.
86. Videbat enim excellentem animum fortitudinemque filii, et in contrarium versam ei Immortales nuntiantium narrationem effecerant. Vicinum evocavit Jovis altissimi prophetam eximium, veridicum Tiresiam, qui ei exposuit et omni turbæ,
Ant. 4. quibuscum conflictaturus esset casibus,—quot in terra inter-
96. fecturus, quotque in mari bestias immanes, quemque etiam hominum cum iniqua insolentia incedentem; Jiram ei dixit eum illaturum mortem. Atque etiam, quando dii in campo Phlegræ cum Gigantibus pugna certaturi essent, telorum ictibus illius, conspicuam pulvere commixtum iri comam
Ep. 4. (eorum)—dixit, ipsum vero in pace per omne tempus frui-
105. turum perpetua tranquillitate, laborum magnorum præmium consecutum eximium beatis in domibus, accepta florente Hebe uxore, et, nuptiis celebratis, apud Jovem Saturnium augustam probaturum domum.

## NEM. II.

# TIMODEMO ATHENIENSI,

### PANCRATIASTÆ.

UNDE quidem etiam Homeridæ contexta carmina ut plu- Ogd. 1.
rimum postæ auspicantur, procemio a Jove ducto; (inde) etiam
hic vir initium ex sacris certaminibus victoriarum petiit pri-
mum, Nemeæi in multum-decantato Jovis luco.—Oportet Ogd. 2.
vero etiam, paterna siquidem in semita eum recta-ducens 9.
suum magnis dedit ornamentum Athenis, frequenter Isthmi-
corum solemnium decerpere pulcherrimum florem, in Pythi-
isque vincere, Timosoi filium. Est quoque consentaneum,
—montanis a Pleiadibus non procul Orionem incedere (h. e. Ogd. 3.
victoriæ Nemeææ succedere Isthmicam et Pythicam). At 17.
qui Salamis educare virum bellicosum apta. Apud Trojam
Hector Ajacem expertus est (pugna): te vero, ô Timodeme,
fortitudo pancratii laboriosa celebrem facit.—Acharnæ autem Ogd. 4.
antiquitus fortium virorum altrices. Quoties vero in certa- 25.
minibus Timodemidæ præstantissimi recensentur! Prope
altum quidem Parnassum quatuor ex certaminibus victorias
reportarunt; at a Corinthiis (Corinthiorum judicio)—in Ogd. 5.
fortis Pelopis recessibus octo jam coronas consequuti sunt; 33.
septem autem Nemeæ; domi vero parta in Jovis certamine
numero majora. Quem (Jovem), ô cives, celebrate Timo-
demi in glorioso reditu; suavisonaque auspicamini voce.

## NEM. III.

## ARISTOCLIDÆ ÆGINETÆ.

### PANCRATIASTÆ.

Str. 1. O VENERANDA Musa, mater nostra, supplex oro, ad hospitalem hoc sacro Nemæo venias Doricam insulam Æginam. Aquam enim exspectant apud Asopiam (te) melliso-
norum artifices hymnorum juvenes, tuæ vocis cupidi. Desiderat autem res alia aliud; certaminum vero victoria maxime cantum amat coronarum virtutumque aptissimum comitem.
Ant. 1. —Cujus copiam deprome ex ingenio meo, ordireque cœli multi-nubis regi, (tu) filia (ejus), acceptum hymnum; ego vero ipsum cantui eorum lyræque tradam. Gratum vero habebit laborem (hunc hymnum meum) insulæ decus (Ægina;) Myrmidones ubi prisci habitarunt: quorum antiquitus-
celebrem gentem non dedecoribus Aristoclides pro sua con-
Ep. 2. taminavit parte, fractus in—pancratii cœtu. Laboriosarum autem plagarum levamen salubre in fertili Nemea pulchra victoria affert. Cum vero idem formosus, formæ consentanea patrans, ad virtutem supremam evectus sit filius Aristophanis; non ei jam ulterius invium mare, columnas ultra Herculis,
Str. 2. trajicere facile est:—Heros deus quas posuit navigationis
38. extremæ testes inclytas; postquam domuit belluas in pelago ingentes, proprioque consilio scrutatus est paludum fluenta, quousque reditus terminus patet, processit, terramque notam fecit. Anime, quodnam ad peregrinum promontorium meam navigationem deflectis? Æaco te jubeo generique ejus Musam afferre. Adest vero carmini æquitatis flos (æquitas),
Ant. 2. (quod jubet) bonos laudare;—neque alienarum laudum
51. studium quemquam afferre, fas est. Domestica quære. Commodum autem decus accepisti (habes) ad dulce aliquid canendum. Nam antiquis (antiquitus jam) virtutibus gavisus est Peleus rex, eximiam hastam quum resecuisset; qui et Iolcum expugnavit solus sine exercitu, et marina Thetide potitus est magno cum labore. Laomedontem autem præ-
Ep. 2. potens Telamon, Iolao latus tegens, prostravit;—et quondam
64. æreo-arcu-insignium Amazonum ad exercitum secutus est

eum, neque ipsi unquam timor virorum-domitor extinxit fortitudinem animi. Congenita autem quisque virtute multum excellit; qui vero e disciplina accepit, obscurus vir, alias alia spirans (moliens), nunquam firmo incedit pede, et sexcenta præclara facinora imbecilli mente degustat (affectat). —Flavus autem Achilles partim quamdiu mansit Philyræ in Str. 3.
sedibus, puer adhuc, ludebat (ludendo tractabat) magnas res, 75.
manibus crebro brevi-ferro-munitum jaculum vibrans; ventisque par; pugna leonibus feris moliebatur cædem, aprosque conficiebat; corporaque ad Saturnium Centaurum palpitantia portabat, sexennis primum; (partim) vero toto deinceps tempore eum obstupescebat Dianaque et animosa Minerva—interficientem cervos sine canibus dolosisque sep- Ant. 3.
tis. Pedibus enim valebat. Narrationem vero hanc teneo 88.
priscam. Prudens Chiron educavit saxeo Jasonem in tecto, et postea ibi Æsculapium, quem medicamentorum docuit molli manu applicandorum rationem. Despondit postea (Peleo) brachiis-venustam Nerei filiam, sobolemque ejus præstantissimam (Achillem) educavit, convenientibus præceptis totum ejus animum imbuens:—ut marinis ventorum Ep. 3.
impulsibus deductus ad Trojam hastifremum tumultum Ly- 101.
ciorumque sustineret et Phrygum Dardaniorumque, et cum hastigeris congressus Æthiopibus manus præcordiis infigeret, ut ne illorum rex, Heleni patruelis, animosus Memnon domum iterum rediret.—Inde procul effulgens exstitit lumen Str. 4.
Æacidarum, ô Jupiter. Tuus enim sanguis (sunt). Tuum 112.
vero etiam certamen (est,) quod hymnus (hic) attigit voce juvenum, domesticam victoriam celebrans. Cantus vero victorem Aristoclidem ornat; qui hancce insulam celebri admovit famæ præclarisque poetarum curis sacrum Pythii Thearium. Experiendo vero conspicitur, (quo in certaminum genere) quisque excellentior fuerit:—inter pueros juvenculos Ant. 4.
puer, inter viros vir; tertia inter provectiores pars (ætas) est, 125.
qualem quodlibet * assequimur mortale genus (nos hominum quisque). Suas vero etiam quarto loco virtutes affert senectus, prudenterque tractare jubet id quod in manibus est. A quibus non abest (Aristoclides). Salve amice. Ego hocce tibi mitto mixtum mel candido cum lacte, admixtusque ros temperat potum cantabilem ad Æolicos flatus tibiarum,—
sero licet. Est autem aquila velox inter volucres, quæ cor- Ep. 4.
ripit statim e longinquo insequuta cruentam prædam pedibus. 138.
Clamosi contra graculi humilia depascunt. Tibi quidem,

* Jung. ἰκαρον γένος. At v. not.

pulchrithrona Clione volente, victoris animi (virtutis) causa. In Nemea Epidauroque Megarisque affulget decus.

## NEM. IV.

## TIMASARCHO ÆGINETÆ,

### LUCTATORI.

Str. 1. OPTIMUS lætitia laborum finitorum medicus (medela, recreatio); et sapientes Musarum filiæ Odæ blandiorem reddunt eam aggressæ (eos canere). Neque calida aqua tantum mollia facit membra, quantum laus citharæ comes. Carmen factis diuturnius vivit, quod Charitibus (Musis) propitiis lingua e mente protulerit alta.—Quale mihi consecrare Saturnioque Jovi et Nemeæ Timasarchique luctæ hymni procemium (utinam) contingat! Accipiat autem (benevole) Æacidarum bene-munita sedes, justitiæ hospitibus-opitulantis commune lumen (decus). Si vero adhuc vegeto Timocritus sole tuus pater foveretur; varie (variatis sonis) citharam pulsans, sæpe, ad hoc carmen conversus, hymnum cantaturus fuisset victorialem,—Cleonæo ex certamine monile (seriem) coronarum deducentem insignium, et splendidis ab Athenis Thebisque septiportibus; quando quidem Amphitryonis celebrem apud tumulum Cadmei illum haud inviti floribus coronarunt propter Æginam. Ad amicos enim amicus profectus in hospitalem urbem descendit, Herculis beatam ad aulam,—cum quo olim Trojam robustus Telamon vastavit et Meropes, et magnum bellatorem horrendum Alcyonea; non tamen, priusquam quadrigas duodecim heroesque insistentes equorum-domitores bis totidem saxo (is) peremerat. Inexpertus-belli esse videatur, rem hanc qui non assequatur animo: siquidem patrantem pati etiam aliquid convenit.—Prolixa autem eloqui prohibet me lex horæque properantes: cupiditate tamen trahor animo, in novilunio (solenni) attingere (ista). Veruntamen, etsi medium te tenet altum maris æquor (mens), resiste insidiis. Multum videbimur adversariis superiores in luce incedere; invide autem

Ant. 14.

Ep. 27.

Str. 2. 40.

Ant. 2. 53.

alius quis intuens, consilium inane in tenebris volvit—irrite-in Ep. 2.
terram-cadens. Mihi vero quam virtutem dedit Fortuna 66.
regina, bene scio tempus insequens esse, quoad per fatum
licebit, servaturum. Contexe, ô dulcis, etiam hoc statim,
cithara, Lydiam ad harmoniam carmen gratum Œnonæque
et Cypro, ubi Teucer regnat Telamoniades; sed Ajax Sala-
minem tenet patriam;—inque mari Euxino splendidam Str. 3.
Achillea insulam; Thetisque dominatur Phthiæ, Neopto- 79.
lemusque in Epiro late protenta, boves-pascentes ubi montes
eximii positi sunt, a Dodona incipientes, ad mare Ionium.
Pelii autem ad radices, in-servitutem-redactam Iolcum hostili
manu aggressus Peleus tradidit Hæmonibus,—Hippolytæ, Ant. 3.
Acasti uxoris, dolosis artibus illaqueatus. Dædali autem 92.
gladio machinatus est ei mortem per insidias Peliæ filius
(Acastus): depulit tamen, et a Jove constitutum fatum ad
eventum perduxit, Chiron. Ignem vero ille omnia-vincentem,
ferociumque leonum ungues acutissimos, aciemque horren-
dorum cum sustinuisset dentium,—duxit uxorem altithro- Ep. 3.
narum unam Nereidum; viditque rotundam sedem, cui cœli 105.
reges marisque insidentes dona opesque exhibuerunt ad pos-
teritatem ipsi (duraturas). Ultra Gades, occasum versus
procedi nequit. Converte rursus Europam ad terram ar-
mamenta navis: difficile enim mihi est laudes Æacidarum
omnes percurrere.—Theandridis autem membra-roborantium Str. 4.
certaminum Olympiæ, in Isthmo, Nemeæque præco promp- 118.
tus venire susceperam, ubi (laborem) experti domum inclytos-
fructus-ferentibus non redierunt sine coronis. Tribum illam
audimus, Timasarche, tuam victorialium carminum antistitem
esse. Si vero sane avunculo etiam Callicli jubes me—
columnam ponere Pario marmore candidiorem: aurum Ant. 4.
(enim) excoctum fulgore splendet summo, hymnusque præ- 131.
clare gestarum rerum regibus sorte-æqualem facit virum:
ille circa Acherontem habitans meam linguam habeto voca-
lem, (ibi,) tridentem-quatientis ubi in certamine gravistrepi
(Neptuni) floruit Corinthiaco apio.—Quem Euphanes lubens Ep. 4.
senex avus tuus cecinit, ô Juvenis. Aliis æquales sunt alii. 144.
Qua vero in re quis ipse successum habuerit, eam videtur
quisque potissimum celebrare posse. Quantopere (aliquis)
laudans Melesiam contentionem (aliis) excitet, verba texens!
invictus in certamine * superat; mollia quidem meditans
bonis, asper vero inimicis animadversor.

* Ἐν αὐτῷ. Vid. not.

## NEM. V.

# PYTHEÆ ÆGINETÆ,

## *FILIO LAMPONIS.*

### PANCRATIASTÆ.

Str. 1. NON statuarius sum, ut non-loco-moventia-se fabricer simulacra in eadem basi permanentia. Sed omni navi oneraria et cymba (magna et parva) proficiscere ab Ægina, (ô carmen,) nuntians, quod Lamponis filius Pytheas robustus victor reportarit in Nemeis pancratii coronam. Nondum gena ei
Ant. 12. protulit tenerum, matrem fructus, florem *; — ex Saturno tamen Joveque heroas bellicosos prognatos et ab aureis Nereidibus, Æacidas, decoravit, metropolinque, amantem hospitum terram; quæ olim ut et viris valeret, et navibus inclyta fieret, supplicarunt, ad aram patris Hellenii stantes, tetenderuntque ad æthera manus simul, Endeidis celebres filii, (Telamon et Peleus,) et robur Phoci regis (Phocus),—
Ep. 23. deæ filius, quem Psamathea peperit in littore maris. Vereor rem magnam eloqui, justeque non perpetratam: quomodo scilicet reliquerint celebrem insulam, et quis viros fortes deus ultus abegerit. Subsistam. Non enim utile est, faciem ostendere omnem veritatem (etsi) certam; et tacere sæpe
Str. 2. est sapientissimum inter homines cogitatu.—Si vero opes
34. aut manuum robur aut ferreum laudare bellum visum fuerit, etsi longos mihi inde saltus fodiat aliquis, tamen habeo genuum agilem impetum. Etiam trans mare volant aquilæ. Propitius vero etiam illis cecinit in Pelio monte Musarum pulcherrimus chorus, interque medias citharam Apollo septisonam aureo plectro pulsans præcinebat omnis generis
Ant. 2. modos.—Illæ vero primum quidem cecinerunt, a Jove ex-
45. orsæ, venerandam Thetin Peleumque; quomodoque ipsum

* Ὀπώραν accipio pro ἥβαν. Ut Isthm. ii. 8. K. Scilicet non per se; sed ὥρα est juventas; quatenus ea justa ætas est lanuginis emittendæ et pubertatis, οἰνάνθης, illa quoque est ὀπώρα.

tenera Cretheis Hippolyta dolo irretire voluerit, uxor Magnetum regem cum persuadendo induxisset maritum variis commentis: mendacem nimirum fictum concinnavit sermonem, quasi quidem conjugales tentasset ille in toro Acasti —amores. Sed contrarium erat. Sæpe enim illum toto Ep. 2. animo inique-hortata oraverat; hujus vero iram concitabant 56. nefaria verba, rectaque recusavit fœminam, hospitalis patris (Jovis) iram veritus. Bene vero observavit annuitque ipsi nimbifer ex cœlo Jupiter, immortalium rex, ut confestim marinarum colum-aureum-gestantium aliquam Nereidum ei pararet conjugem,—affini (futuro) Neptuno persuadens; qui Str. 3. ab Ægis ad inclytam sæpe proficiscitur Isthmum Doricam: 67. ubi eum hilares (juvenum) turmæ inter fistulæ cantum deum excipiunt, et robore membrorum certant audaci. Fortuna autem judicat congenita de factis omnibus. Tu itaque, 6 Euthymenes, deæ Victoriæ in sinu recubans, in Æginæ honorem varios consequutus es hymnos (victorias).—Atqui Ant. 3. subsequens te etiam nunc tuus ex-sorore-nepos decorat con- 78. sanguineam gentem Pytheas. Nemea quidem opportuna fuit ipsi (auspicata ad victoriam), mensisque patrius, quem amat Apollo; æquales vero adventantes domique superavit Nisique ad convalle-cinctum tumulum. Gaudeo autem, quod præclaris factis concertat tota civitas. Scito: dulce utique laborum præmium Menandri per fortunam—reportasti. Ep. 3. Oportet autem ab Athenis artificem athletis adesse. 89. Si vero ad Themistium laudandum accedis, ne exhorrescas: Ede vocem, velaque extende ad jugum usque mali; pugilemque eum et pancratii dicito adeptum esse in Epidauro duplex vincendo decus, et ad vestibulum Æaci flores virentes tulisse coronas, beneficio flavarum Charitum.

## NEM. VI.

## ALCIMIDÆ ÆGINETÆ,

### INTER PUEROS LUCTATORI.

UNUM idemque hominum deorumque genus, ex unaque Str. 1.
spiramus matre utrique; dirimit vero (utrumque) prorsus

diversa vis, ita ut illud quidem nihil sit; verum vero summa
semper sedes manet cœlum. Verum aliquo modo similes
sumus tamen tum excelsa mente tum corpore immortalibus:
tametsi nescientes, cum per noctem, tum interdiu, quamnam
Ant. 1. nos fatum jusserit currere ad metam.—Indiciis autem certis
Alcimidas et nunc exhibet cognationem conspiciendam simi-
lem frugiferis arvis, quæ alternantia aliquando quidem victum
hominibus annuum e campis dare, aliquando vero rursus
quiescentia recipere solent. Rediit utique Nemeæ ex inno-
bilibus certaminibus puer certator, qui, hanc consectam
a Jove datam sortem, nunc apparuit non infaustus luctæ
Ep. 2. venator,—vestigiis Praxidamantis suum pedem infigens avi-
paterni eodem sanguine orti. Ille enim, Olympicus victor,
in Æacidarum honorem ramis primum ab Alpheo, et quin-
quies in Isthmo coronatus, Nemeæ vero ter, sustulit oblivi-
onem Soclidæ, qui natu maximus Aggesimachi filiorum fuit;
Str. 2. —dum tres illi, qui quidem certamina experti fuerant, præ-
38. mia reportantes ad fastigium gloriæ pervenerunt. Per dei
autem favorem aliam nullam domum insignem fecit pugilatus
plurium reportatricem coronarum in recessu Græciæ uni-
versæ. Spero me magna locutum collimaturum ad scopum,
ita ab arcu ejaculantem. Recta ad hanc (Alcimidæ domum)
dirige, Musa, ventum secundum carminum laude gravem *.
Ant. 2. Defunctis quidem viris,—poetæ et scriptores præclara ipso-
51. rum facinora jam extulerunt. Quæ quidem inter Bassidas
non sunt rara; antiqua gens, sua præbentes † encomia, Pie-
ridum cultoribus qui possunt suppeditare multiplicem hym-
num excelsa propter facinora. Etenim in præclara, manibus
cestu illigatis, Pythone vicit quondam ex hac familia sanguis
Ep. 2. (soboles) aureum sceptrum gestantis Callias acceptus—stirpi
64. Latonæ; apud Castaliamque in Charitum sub vesperem
choro refulsit: marisque pons invicti (Isthmus) in Amphic-
tyonum tauricida trieteride honoravit (eum) Neptunio in
delubro; herbaque ipsum aliquando leonis (Nemeis) victorem
Str. 3. coronavit umbrosis Phliuntis sub antiquis montibus.—Lati
75. undique eloquentibus sunt aditus ad insulam celebrem hanc
exornandam; quandoquidem ipsis Æacidæ dederunt eximiam
(hanc) felicitatem virtutes edentes magnas. Volitat autem
supraque terram et per mare procul nomen ipsorum; etiam
ad Æthiopes, Memnone non reverso, processit: quibus grave

* Vid. notas.

† Ναυσολίη non magis emphatica vox, quam vulgaris ἐκχωρησίη. K.

supervenit certamen, Achilles in terram descendens de curru, illustris filium dum interfecit Auroræ cuspide hastæ furentis. Ant. 3.
Et hanc quidem antiquiores viam latam (laudum) invenerunt, 88.
quos sequor, et ipse huic (laudandi) studio intentus. Qui
vero circa carinam navis volvuntur fluctus, ii semper dicuntur
cuique maxime perturbare animum. Sed voluntario ego
dorso subiens geminum onus, præco adveni quintum supra
viginti hoc celebrans—decus e certaminibus, quæ vocant sa- Ep. 3.
cra; quod Alcimidæ peperit inclyto generi. Duo quidem Sa- 101.
turnii apud delubrum tibi, ô puer, tibique, Timida, eripuit
sors temeraria flores Olympici certaminis. Delphini vero
velocitate in mari similem dixerim Melesiam manumque et
roboris aurigam (moderatorem).

## NEM. VII.

# SOGENI ÆGINETÆ,

### INTER PUEROS QUINQUERTIO VICTORI.

O LUCINA, assidens Parcis prudentibus, filia præpotentis, Str. 1.
audi, Junonis, genitrix liberorum. Absque te non lucem,
non nigram contuiti noctem, tuam sororem sortiti fuissemus
pulchrimembrem juventutem. Spiramus autem non omnes
pari conditione: sed disjungit fati jugum alium alio. Tuo
vero auspicio etiam filius Thearionis virtute judicatus nobilis
cantator Sogenes inter quinquertiones.—Nam urbem cantus- Ant. 13.
studiosam inhabitat hasta-strepentium Æacidarum. Valde
vero cupiunt experientem se certamine (experiundo certa-
mina) animum exercere. Si vero quis in certando felix
fuerit, mellitam materiem rivis Musarum præbet. Magnæ
enim virtutes caliginem multam habent, si hymnis careant;
factisque præclaris speculum (contingere) novimus unico
modo, si Mnemosynes voluntate splendide-vittatæ invenerit
aliquis præmia laborum inclytis carminum cantibus.—Sapi- Ep. 25.

entes vero (navium gubernatores) futurum perendinum ventum ante cognoscunt, neque lucro (lucri studio) negligunt. Dives pauperque mortis ad sepulcrum tendunt. Ego vero ampliorem arbitror famam Ulyssi quam pro calamitate sua
Str. 2. per suaviloquum contigisse Homerum.—Quandoquidem fig-
32. mentis ejus sublimi (ingenii) facultate grave inest quiddam, solertiaque occulte seducens fabulis. Cæcum autem cor habet multitudo hominum maxima. Nam si potuissent suam veritatem cognoscere, non sane armorum causa iratus fortis Ajax transfixisset per pectus lævem ensem; quem fortissimum, Achille excepto, ad reducendam bello flavi Menelai conjugem velocibus in navibus miserunt recta-spirantis Ze-
Ant. 2. phyri auræ—ad Ili urbem. Enimvero communis venit fluctus
44. Orci caditque in non expectantem pariter atque expectantem. Gloria vero contingit mortuis bellatoribus iis, quorum famam dulcem fovet deus (Musa). Etenim ad magnum umbilicum sinuosæ terræ profectus in Pythiis campis jacet Neoptolemus Priami urbem postquam evertit; de qua et Danai laborarunt. Ille vero renavigans a Scyro aberravit, veneruntque in Ephy-
Ep. 2. ram erroribus acti.—Tum Molossiæ imperavit breve tempus;
56. etsi posteritas ejus semper retinuit hoc decus (regnum); ipse autem profectus est ad deum, opes advehens e Troja manubiarum: ubi propter carnes eum pugna congressum transfixit
Str. 3. vir gladio.—Doluerunt valde Delphi hospitales. At quod in
63. fatis erat, (ille) exsolvit; oportebat enim quendam, in luco vetustissimo, Æacidarum regum in posterum esse dei juxta bene-munitam ædem, et, heroicis sacrificiorum pompis inspector ut esset, habitare, sanctum ad jus observandum *. Tria verba sufficiant. Non mendax ille testis rebus sacris præest. Tuorum, ô Ægina, Jovisque nepotum audax satis
Ant. 3. animus hic mihi est dicere—illustribus virtutibus proprium
75. carmen domesticis †. At enim modus in omni re dulcis; fastidiumque creat et mel et suaves flores Venerei. Indole vero naturali singuli differimus in vita, sortiti alius hæc, alia alii; at ut unus felicitatem omnem reportatam consequatur, fieri non potest; neque possum dicere, cuinam hunc Parca bonorum finem stabilem præbuerit. Tibi vero, ô Thearie,
Ep. 3. consentaneam opportunitatem felicitatis—(illa) tribuit, resque
87. præclaras audacter suscipientem prudentia non deficit mentis. Hospes sum, tenebricosam summovens invidiam; aquæ velut rivos, in amicum ducens decus verum, laudabo. Commerita
Str. 4. vero viris bonis merces hæc.—Prope autem si adsit Achæus
94.

* At vid. not. † Vid. not. ut et ad 94. sqq.

aliquis, non mihi succensebit ille Ionium ultra mare habitans. Et amicitia hospitali fretus sum, et inter populares vultu meor sereno, non insolens, violenta omnia removens. Modo posterum lætum adveniat tempus! Qui autem novit (me), dicat an accedam ad carmen (ad poeticen) maledicum sermonem ut proferam. O Euxenidarum tribu orte Sogenes! juro (vel sacramento enim contendo) me non, terminum transgressum, jaculum tanquam ære-cuspidatum, vibrasse—celerem linguam; qui (tu) eduxisti e luctationibus (e lucta) cervicem et robur sudore-non-aspersum, ardentem priusquam in solem membra inciderent (solis æstum sentirent). Si labor (tamen) fuit, delectatio major succedit. Sine me, victori in decus (ad ornandum victorem) si qua alta voce insonui. Non difficilis sum ad persolvendum (laudes, quæ debentur viris meritis). Nectere coronas (frondeas) leve est. Exspecta. Musa tibi nectit aurum candidumque ebur una suavemque florem sub marino decerptum rore (coralium).— Ant. 4. 106.
In Jovis vero mentionem prolapsus propter Nemeam, celebrem hymnorum sonum move (ô anime) placide. Regem enim deorum decet solo in hocce (Nemeæ) celebrare divina voce. Aiunt enim ipsum (Jovem) a-matre-excepto semine genuisse Æacum,—meæ (immo, vestræ) quidem gubernatorem illustris patriæ, tuumque, ô Hercules, benevolem hospitem fratremque. Si vero utilitatem capit ex homine homo: quid dicamus vicinum, animo intento amantem, esse vicino? felicitas hæc omnibus præferenda. Si vero id ipsum etiam deus præstat, tecum utique (in tua vicinia) debet, ô Gigantes qui domuisti, faustis auspiciis habitare Sogenes, pium erga patrem fovens animum, majorum vico opulento, præclaro:— Ep. 4. 118. Str. 5. 125.
Nam, quadrijugis velut curruum in jugis, inter delubra domum habet tua, utravis procedens manu. Te vero decet, ô Heros, Junonem maritumque exorare Puellamque cæsiam; potes autem dare mortalibus remedium difficultatum inextricabilium subinde. Utinam itaque stabilem juventuti lætæque senectuti intertextam vitæ felicitatem ipsis (patri et filio) concedas, filiorumque filii teneant semper—honorem, quo nunc fruuntur, et præstantiorem in posterum. Meum vero nunquam sustinebit cor impiis Neoptolemum lacerare verbis. Hæc tamen terque quaterque revolvere, inopia est; pueris velut blatero (parens itidem repetit): Jovis Corinthus. Ant. 5. 137. Ep. 5. 149.

## NEM. VIII.

# DINIÆ FILIO MEGÆ,

### ÆGINETÆ,

### STADII CURSORI.

Str. 1. JUVENTA veneranda, præco Veneris dulcium amorum, quæ virgineis juvenumque insidens palpebris alium quidem blandis (fati) manibus gestas, alium vero aliis (h. duris). Jucundum autem est, ab opportunitate (aspirante rebus nostris fortuna) non aberrantem in re qualibet, felicibus
Ant. 10. amoribus potiri posse.—Quales etiam Jovis Æginæque lectum circumvolitarunt Cypriæ donorum custodes: effloruitque filius (Æacus), Œnonæ rex, manu et consiliis præstantissimus. Sæpe eum multi optaverunt videre. Sponte enim heroum flores circumhabitantium ultro volebant illius parere majes-
Ep. 19. tati:—cum qui asperis Athenis gubernabant populum; tum Spartanorum Pelopidæ. Ego vero supplex Æaci veneranda genua, cum urbe pro cara, tum civibus pro hisce, attingo, afferens Lydiam mitram sonore variatam, Diniæ duplicium stadiorum et patris Megæ Nemeæum ornamentum. Cum deo namque plantata felicitas hominibus durabilior est;—
Str. 2. 30. qui (deus) olim etiam Cinyram auxit divitiis marina in Cypro. Consisto, (etsi) sane pedibus velocibus, et respirans, antequam aliquid adjiciam. Nam multa multis dicta sunt. Nova vero inventa tradere examini exploranda omnino periculosum est: obsonium (oblectamentum) dicta invidis. Attingit vero (invidia) semper bonos, cum deterioribus autem non con-
Ant. 2. 39. tendit.—Eadem et Telamonis perdidit filium, ense induens (eum). Utique animo strenuum, si facundia careat, oblivio (obscuritas, ut inferior judicetur) opprimit tristi in certamine; maximum vero callide-ornatis mendaciis præmium propositum est. Clancularii enim suffragiis Ulyssi Danai gratificati sunt; aureis vero Ajax defraudatus armis cum cæde
Ep. 2. 48. luctatus est.—Utique tamen dissimilia hostibus in calido corpore vulnera inflixerant militantes defensante-homines

hasta, partim circa Achillem recens interfectum, partim aliorum laborum perniciosissimis diebus. Sed infesta nimirum orationis versutia erat etiam olim, blandorum verborum comes, doli-meditatrix, maleficum opprobrium; quæ quidem, quod splendidum est, deprimit, obscurorum autem gloriam extollit putridam.—Sint nunquam mihi tales mores, Str. 3.
ô Jupiter pater! Sed viis simplicibus vitæ utinam insistam, 59.
defunctus ne liberis famam male audientem relinquam. Aurum optant, campumque alii immensum. Ego vero civibus utinam probatus etiam terra membra operiam, laudans laudanda, vituperium vero aspergens iis quæ improba sunt.—Crescere autem solent virtutes (laudes), viridi rore Ant. 3.
velut arbor surgit, per doctos (poetas) bonosque viros exal- 68.
tatæ ad liquidum ætherem. Usus vero varius est amicorum; in victoriis quidem maxime; quæritque etiam oblectatio, (e successu) ante oculos aliorum poni ejus fidem. Tuam vero, ô Mega, animam rursus ab inferis reducere—non qui- Ep. 3.
dem possum; vanamque spem ad exitum perducere velle, 77.
stolidum. Sed tribui tuæ possum Chariadisque ingentem statuere lapidem Musæum, ob pedum victorias illustres bis sane duas. Gaudeo autem convenientes facto emittere laudes. Carminibus vero doloris-expertem multi etiam laborem fecere. Erat enim laudatorius hymnus jam olim, etiam antequam fieret Adrasti Cadmeorumque bellum.

## NEM. IX.

## CHROMIO ÆTNÆO,

### CURRU.

POMPAM cum cantu ducemus ab Apolline e Sicyone Duod. 1.
profecti, ô Musæ, recens-conditam in Ætnam, ubi apertæ hospitibus ad ingressum patent portæ, beatam in Chromii domum. At carminum dulcem hymnum texite. Equis-vincente enim curru ascenso, matri (Latonæ) et geminis liberis ejus cantum denuntiat, Pythonis excelsæ consortibus inspectoribus.—Est vero quoddam dictum hominum: rem præ- Duod. 2.
13.

clare gestam non humi silentio tegendam. Divinus autem carminis laudatorii cantus consentaneus. Age vero, sonoram citharam, age, tibiam faciamus sonare in ipsum equestrium apicem certaminum, quæ Phœbo instituit Adrastus ad Asopi fluenta. Quorum ego mentione facta exornabo inclytis
Duod. 3. heroem honoribus:—Qui tunc quidem regnans ibi, novisque
25. festis et de robore virorum certaminibus curribusque politis illustrem-reddidit decorans urbem. Fugiebat enim Amphiaraumque audacem-consilio, et gravem seditionem paternæ domus Argosque. Principes vero non amplius erant Talai filii, oppressi seditione. Enimvero præstantior (mente) sedat
Duod. 4. litem priorem vir;—mariti-domitricemque Eriphylen, ceu
37. fidele fœderis pignus, dantes Oiclidæ (Amphiarao) uxorem, flavicomorum Danaorum facti sunt maximi. Et quondam septiportes Thebas deduxerunt virorum exercitum, non faustis auspiciis; neque Saturnius, fulmine vibrato, e domo furioso-impetu-concitatos (eos) proficisci jussit, sed abstinere a pro-
Duod. 5. fectione.—Manifestam vero utique ad cladem properabat
49. exercitus venire, æreis cum armis equestrique apparatu. Ismeni vero ad ripas, dulci reditu inhibito, albicantem corporibus pinguefecerunt fumum. Septem enim devorarunt pyræ juvenes viros; Amphiarao autem diffidit fulmine violento Jupiter latam terram, absconditque eum cum equis,—
Duod. 6. hasta Periclymeni antequam tergo percussus forti animo
61. pudefieret. Nam in divinitus-immissis terroribus fugiunt etiam filii deorum. Si fieri potest, ô Saturnie, animosam hanc Phœnicia-classe-advectarum hastarum de morte et vita dimicationem precibus-amoveo quam longissime; felicitatem vero legibus-sapienter-constitutam, rogo te, filiis diu Ætnæ-
Duod. 7. orum præbeas,—ô Jupiter pater, decoribusque civilibus
73. admoveas populum (h. ea ei impertias). Sunt utique in eo equorum studiosi, divitiisque animos habentes superiores viri. Incredibile dixi. Verecundia enim (honestarum rerum studium) latenter lucri cupiditate vincitur (plerumque, in iis), quæ gloriam afferunt. Chromio autem si armiger adstitisses in pedestribus pugnis, equorumque naviumque præliis: cog-
Duod. 8. novisses in discrimine acutæ pugnæ,—quod in bello illa dea
85. (Verecundia) incitabat ejus animum bellicosum, ut propulsaret exitium Martis. Pauci vero, ad cædis præsentis nubem manibus animoque in hostium ordines convertendam, consiliis valent. Dicitur sane Hectori quidem decus floruisse Scamandri fluenta prope; alte-precipites vero circa ripas He-
Duod. 9. lori,—quo loco Areæ Trajectum homines appellant, fulget
97. filio hoc Agesidami lumen in ætate prima. Alia autem alio

tempore, multa quidem in pulverulenta terra, alia vero vicino mari (gesta), commemorabo. Ex laboribus autem, qui in juventute suscepti fuerint cumque justitia, existit senectuti vita placida. Sciat, sortitum se a diis admirandam felicitatem.—Si enim cum opibus multis gloriosum nactus fuerit (aliquis) decus, non licet ulterius mortali, amplius fastigium aliud attingere pedibus. Hilaritatem autem amat convivium; recenterque florens augetur (illustrior redditur) victoria molli cantu. Audax vero apud craterem vox est. Misceat aliquis eum, dulcem hymni vatem,—argenteisque distribuat phialis potentem vitis filium, quas quondam quadrigæ partas Chromio miserunt bene-textis cum Latoidæ coronis ex sacra Sicyone. Jupiter pater, precor, ut hoc victoris decus celebraverim cum Charitibus, supraque multos (alios) honoraverim carminibus victoriam, jaculans proxime ad scopum Musarum! Duod. 10, 109. Duod. 11, 121.

## NEM. X.

# THIÆO, FILIO ULIÆ,

### LUCTATORI.

DANAI urbem, pulchrisque-soliis-insidentium quinquaginta filiarum, ô Charites, Argos, Junonis domicilium dea-dignum, canite. Refulget enim decoribus (victoriis) infinitis facinora propter animosa. Longa (sunt relatu) Persei circa Medusam Gorgonem (facinora); multa vero in Ægypto condita fuerunt oppida Epaphi manibus. Neque Hypermnestra peccavit (a recto deflexit), sola in vagina retinens gladium;—Diomedem autem, immortalem flava quondam dea cæsia fecit deum; Terra vero ad Thebas excepit, percussa Jovis telis, vatem Oicliden (Amphiaraum), belli nubem. Etiam fœminis pulchricomis excellit (Argos). Jupiter olim dum ad Alcmenam Danaenque venit, hanc confirmavit famam; patrique (idem) Adrasti Lynceoque mentis fructus (sapientiam) largitus est recta cum justitia,—fovitque virtutem Amphitry- Str. 1. Ant. 1. Ep. 2.

onis; ipse vero, beatissimus (Jupiter), venit in illius affinitatem. Dum enim (ille, Amphitryo) æreis armis Teleboas cædebat, ei facie assimulatus Immortalium rex aulam intravit semen intrepidum afferens Herculis: cujus in cœlo uxor Hebe pronuba apud matrem (Junonem) incedit pulcherr-
Str. 2. rima dearum.—Arctum mihi os est ad omnia recensenda,
35. quotcunque Argiva terra sortita est decora. Est vero etiam, fastidio hominum occurrere, difficile. Sed tamen (anime mi) chordis bene-sonoram excita lyram, et luctarum suscipe curam. Certamen utique æneum excitat populum ad sacrificium Junonis præmiorumque judicium, Ulixe filius ubi
Ant. 2. victor bis, Thiæus, facilium cepit oblivionem laborum.—
46. Obtinuit vero etiam in Græcorum conventu Delphis, bonaque fortuna cum advenisset, et in Isthmo et Nemeæ coronam, Musisque negotium præbuit (carmine) arandi; ter quidem in maris portis (Isthmo) victor, ter vero etiam sacris in campis Adrasteæ ditionis. Jupiter pater, quæ utique desiderat animo, reticet ejus os. Omnis vero eventus penes te est eorum, quæ aguntur. Neque (ille) segni corde, (immo
Ep. 2. vero) afferens audaciam, expetit beneficium.—Nota cano
57. deoque ipsi, et, quisquis certat de supremorum præmiorum fastigiis. Summum vero Pisa tenet certamen ab Hercule institutum. Sane suaves quidem per intervalla in sacris Atheniensium (Panathenaicis) ipsum voces bis decantarunt, (in) terraque igni cocta (hydria figlina) fructus oleæ (oleum sacrum pro præmio datum) reportatus est ad Junonis fortem populum (Argos) in vasorum receptaculis (theca ænea) varie-
Str. 3. gatis.—Obtingit vero, ô Thiæe, majorum maternorum (per)
69. illustrem gentem vestrorum, victoriarum gloria Charitum Tyndaridarumque beneficio frequens. Vellem equidem, si essem Thrasycli Antiæque cognatus, Argis non occultare lumen oculorum. Victoriis enim quot equorum-altrix urbs Prœti floruit! Corinthique in recessibus et a Cleonæis
Ant. 3. (Nemeæ) quater;—e Sicyone vero argento-docati cum vina-
80. riis phialis ingressi sunt (Argos), eque Pellene, induti tergo mollibus tramis (læna). At æs infinitum (præmia ex ære) non possum recensere; longioris enim otii esset, enumerare: quod quidem Clitorium et Tegea et Achivorum excelsæ urbes et Lycæum juxta Jovis (aram posuit,) ubi cursu pedum
Ep. 3. manuumque vicisset (quis) robore.—Quum Castor autem
91. venerit hospes ad Pamphaen*, et frater Pollux; non mirum est illis (illi stirpi Thiæi) ingenitum esse, ut sint athletæ

* Unum e Thiæi majoribus.

boni: siquidem spatiosæ præsides Spartæ (Dioscuri) certaminum sortem cum Mercurio et Hercule gubernat florentem; valde quidem virorum bonorum curam gerentes; et sane sunt deorum genus fidem servans.—Alternantes enim per vices, Str. 4.
diem unum apud patrem carum Jovem degunt, alterum vero 103.
sub latebris terræ, in convallibus Therapnæ, sorte utentes simili. Siquidem hanc, quam omnino deus esse habitareque in cœlo, elegit vitam interfecto Pollux Castore in bello. Hunc enim Idas propter boves admodum iratus vulneravit æreæ hastæ cuspide.—(Namque) a Taygeto e-longinquo-con- Ant. 4.
spicatus vidit Lynceus (Idæ frater) quercus in trunco seden- 114.
tem (Castorem). Illius enim hominum omnino fuit acutissimus visus. Velocibus autem pedibus statim accesserunt, et atrox facinus patrarant celeriter, passi vero etiam sunt grave malum manu Jovis, Apharetidæ (Idas et Lynceus). Illico enim advenit Ledæ filius (Pollux) insequens. Illi vero contra steterunt, sepulcrum prope paternum;—unde cor- Ep. 4.
reptam statuam Plutonis, politum saxum, projecerunt in 125.
pectus Pollucis; nec tamen eum attriverunt neque represserunt: sed irruens (ille) jaculo veloci adegit Lyncei in latera æs. Jupiter vero in Idam igniferum contorsit fuliginosum fulmen. Uterque vero (Lynceus et Idas) simul combusti sunt, auxilio destituti. Exitiale enim est hominibus, contentionem suscipere cum potentioribus.—Statim vero ad Str. 5.
fratris robur (fratrem fortem, Castorem, lancea percussum) 137.
rediit Tyndarides, (alter, Pollux,) et eum nondum mortuum, sed anhelitu interclusum habentem spiritum invenit. Calidas autem fundens lacrymas inter suspiria altum clamavit: Pater Saturnie, quis tandem finis erit luctuum? etiam mihi mortem cum hocce immitte, ô deus! Perit honor, amicis orbato, viro; paucique in ærumna ita fidi mortalium,—ut in calami- Ant. 5.
tatis societatem venire non recusent. Sic dixit. Jupiter 148.
vero occurrit ei, et hocce effatus est oraculum: Tu es meus filius: hunc vero (Castorem) postea maritus (Tyndareus), semen mortale, cum matre tua congressus *, stillavit (genuit) heros. Sed age, horum tibi tamen optionem trado: si quidem mortemque effugiens et senectutem odiosam, ipse Olympo vis habitare mecum cumque Minerva et atram gerente hastam Marte;—est tibi sane horum sors. Si vero Ep. 5.
pro fratre contendere, omniumque in animo habes dividere 159.
(cum eo) æqualem portionem: (tum) quidem dimidium

* Jungam equidem: σπέρμα φιλάσαις, semen mortale tuæ matri afferens. Cf. hac ipsa Oda v. 30. K.

spires sub terra vivens, dimidium vero cœli in aureis domibus. Sic utique locuto (Jove), animus (Pollucis) non ambiguum versavit consilium. Denuo igitur solvit oculum, deinde et vocem, ære-galeati Castoris.

## NEM. XI.

# ARISTAGORÆ PRYTANI,

## TENEDIO,

## FILIO ARCESILÆ.

Str. 1. FILIA Rheæ, quæ prytanea tenes, Vesta, Jovis altissimi soror et throni-sociæ Junonis, suscipe propitia Aristagoram tuum in penetrale (curiam), propitiaque (suscipe) collegas insigne prope sceptrum (signum tuum in curia adstans), qui
Ant. 7. te colentes justam custodiunt Tenedum,—sæpe quidem libationibus venerantes (te) principem dearum, sæpe vero (sacrificiorum) nidore. Lyra vero ipsis sonat cantusque, et hospitalis Jovis colitur jus perpetuis conviviis. Sed gloriose magistratum duodecim-mensium da illis transigere illæso
Ep. 13. (tristi casu) animo.—Patrem autem ego beatum prædico Arcesilam, et corpus (Aristagoræ) admirandum, et fortitudinem ingenitam. Si vero quis opes possidens forma superaverit alios, inque certaminibus victor specimen edidit roboris; is mortalibus meminerit se amictum membris, et
Str. 2. postremo omnium terram induturum esse.—Sermonibus
22. autem civium bonis laudare (illum) oportet et mellisonis ornatum celebrare cantibus. E vicinis autem, sedecim Aristagoram splendidæ victoriæ patriamque claram coronarunt
Ant. 2. lucta et valde-glorioso pancratio.—Spes tamen segnior parentum filii robur impedivit Pythone periculum facere Olympiæque certaminum. Per enim ipsam jurisjurandi religionem (assevero), mea quidem sententia, ad Castaliam et ad arborosum profectus collem Saturni, honorificentius quam pug-
Ep. 2. nantes adversarii rediisset,—quinquennale festum ab Hercule
34.

institutum celebrans, redimitusque comam purpureis frondibus. Sed mortalium alium quidem vana gloriatio felicitate dejicere solet; alium vero contra, robori nimium diffidentem, propriis privat bonis, manu trahens retro, animus audacia carens.—Agnoscere admodum facile erat Pisandri priscum sanguinem Spartani: ab Amyclis enim (ille) venerat cum Oreste, Æolum exercitum ære-armatorum huc (Tenedum) adducens: et ad Ismeni fluenta admixtum (sanguinem) Melanippi avi materni. Priscæ autem virtutes—recuperant, (etsi) per (aliquot) hominum generationes vicissitudinem expertæ, robur. Continue vero neque nigra fruges edere solent arva; nec arbores amant omnibus annorum recursibus florem odoratum ferre copia parem (pari copia), sed per vices. Sic et mortale genus ducit—Fatum. At a Jove hominibus certum non contingit (de eventu) signum. Et tamen in superbia incedimus resque multas molientes. Illigata enim sunt impudenti spe membra (homines), providentiæ vero (futuri) longe absunt viæ. Utilitatum autem oportet modum venari (sectari, tenere); appetere vero, quæ quis assequi non possit, gravis insania est.

Str. 3. 43.

Ant. 3. 49.

Ep. 3. 55.

# ISTHMIA.

## ISTHM. I.

## HERODOTO THEBANO,

### CURRU.

O MATER mea, tuum, aureo-clypeo insignis Theba, negotium etiam occupatione (mea) potius existimabo. Ne mihi aspera succenseat Delus, in qua effusus (qua celebranda occupatus) sum. Quid carius, quam venerandi parentes (sui), bonis est? Cede, ô Apollinea (Dele). Utrumque utique hymnum cum diis perducam ad finem:—et intonsum Phœbum choro celebrans in Co circumflua, cum maritimis viris (insulanis); et mari septum Isthmi jugum: quandoquidem coronas sex præbuit Cadmi populo ex certaminibus, victoriale patriæ decus. In quâ et intrepidum Alcmena peperit—filium, feroces quem quondam Geryonæ horruerunt canes. At ego Herodoto parans currus quadrijugi præmium, ipsique habenas, non aliemis manibus, regenti, velim aut Castoreo aut Iolai inserere ipsum hymno. Illi enim inter heroas aurigæ Lacedæmone et Thebis geniti sunt præstantissimi,—in ludisque subierunt plurima certamina, et tripodibus ornaverunt domum et lebetibus phialisque aureis, nacti coronas victrices. Fulget vero clara eorum virtus et in gymnicis stadiis, et in scutistrepis armatis cursibus.—Quantumque manibus (lucta)! et jaculantes hastis, et saxeos quando emiserunt discos! Nam nondum erat quinquertium, sed cuilibet certamini suum constitutum erat præmium. Quorum (e quibus certaminibus) multis redimiti frequenter frondibus comas, et prope fluenta Dirces apparuere, et prope Eurotam,—Iphiclis quidem filius

Str. 1.
Ant. 8.
Ep. 15.
Str. 2. 26.
Ant. 2. 33.
Ep. 2. 40.

(Iolaus) popularis Spartorum (Thebanorum) genti, Tyndarides vero inter Achæos altam Therapnæ inhabitans sedem. Salvete. Ego vero, Neptunoque Isthmoque divino Onchestiisque ripis concinnans cantum, celebrabo hujus viri inter
Str. 3. honores inclytam Asopodori patris sortem,—Orchomenique
51. patriam terram: quæ ipsum innixum naufragii-tabulis ex immenso mari in horrenda excepit calamitate. Nunc vero rursus pristinæ adest fortuna congenita felicitatis. At qui ærum-
Ant. 3. nas pertulit, is mentis etiam providentiam affert (habet).—Si
38. vero virtus (virtutis præmium) in quovis studiorum genere proposita est, sumptibus pariter atque laboribus oportet eam nactis magnificas laudes non invidis tribuere animis. Nam leve donum est a viro sapiente (poeta) pro laboribus omnigenis, carmine dicendo egregium commune excitare decus.—
Ep. 3. Merces enim aliis alia ob labores hominibus dulcis (contin-
65. git) pastorique, aratorique, aucupique, et (ei) quem mare alit. Ut a ventre quidem horum quivis depellat famem tetram, occupatur. Qui vero in certaminibus, aut (bello) prælians, reportarit decus splendidum; is bene laudatus lucrum summum
Str. 4. accepit, civium et peregrinorum linguæ (laudis) florem.—At
76. nos decet vicissim et Saturni terræ-quassatorem filium vicinum, bene meritum de quadrigis, cursuum equestrium præsidem (Neptunum), gratiis agendis celebrare, et tuos, ô Amphitryo, filios compellare Minyæque recessum (Orchomenum), et Cereris inclytum lucum Eleusinem, et Euboëam, inflexo-
Ant. 4. rum curriculorum (certaminum) causa.—Tuum quoque, ô
83. Protesilae, Achivorum juxta Phylacen sacellum addo. Sed omnia eloqui, quæ ludorum-præses Mercurius Herodoto dedit equis, prohibet brevem mensuram habens hymnus. Enimvero sæpe etiam, quod est silentio præteritum, voluptatem
Ep. 4. majorem affert (audientibus).—Contingat ipsi (adhuc hoc, ut)
90. bene-vocalium alis sublatus, splendidis Pieridum porro Pythone etiam Olympiorumque eximiis Alphei frondibus impleat manum, gloriam septiportibus Thebis parando. Si vero quis intus fovet divitias occultas, aliisque insultans ridet; is animam Orco se pendere non cogitat sine gloria.

## ISTHM. II.

## XENOCRATI AGRIGENTINO.

PRISCI quidem, ô Thrasybule, viri, qui aureis-redimiculis- Str. 1.
insignium currum Musarum conscenderunt, inclyta cum cithara accedentes, sæpe in puerorum gratiam emiserunt mellisonos hymnos; si quis formosus nactus fuerat Veneris pulchrithronæ procam, suavissimum florem (pubertatem).—
Musa enim nondum luc[illegible]-cupida tunc erat, neque mercenaria, Ant. 9.
neque vendebantur dulces (illi) mellisoni a Terpsichore, deargentati fronte (præscripta in fronte argenti summa, qua venales erant); mollivoces cantus. Nunc vero expedit Argivi
observare dictum, ad veritatem proxime accedens:—pecu- Ep. 17.
nias! pecunias! heus homo! qui dixit: opibus una destitutus et amicis! Sapiens enim tu es, nec ignaro cano. Isthmiam quadrigis victoriam hanc * Xenocrati Neptunus largitus, Doricorum ipsi coronam comis misit illigandam apiorum,—curru-præstantem virum honorans, Agrigentinorum Str. 2.
lumen. Prope Crissam vero præpotens respexit Apollo 24.
ipsum, præbuitque decus. Et eodem tempore inclytis Erechthidarum decoribus admotus (ornatus) in splendidis Athenis,
non conquestus est de currus gubernatrice manu equorum
agitatoris,—quam Nicomachus (idem hic equorum agitator) Ant. 2.
tempestive adnibuit omnibus habenis: quem etiam præcones 32.
Horarum (certaminis) pronuntiarunt, sacerdotes Saturnii Jovis Elei, facientes quodammodo aliquod hospitale officium;
et suave-spirante ipsum salutarunt voce, aureæ in sinum prolapsum Victoriæ—terra in ipsorum, quam vocant Olympii Ep. 2.
Jovis lucum: ubi immortales Æsidami filii honores asse- 40.
cuti sunt. Etenim non ignara vestra est domus neque chorearum, ô Thrasybule, amabilium, neque mellisonorum cantuum.—Neque enim scopulus, neque ardua via est, si quis Str. 3.
illustrium ad virorum ædes adducat munera Heliconiadum. 47.
Utinam, (etsi) longe jacto-disco, jaculer tantum, quantum indole Xenocrates homines suavi superavit. Verecundus

* Ἰσθμίαν ἵππῳσι νίκαν τὰν, h. ταύτην—

Ant. 3. erat inter cives versans,—equorumque alturam curans uni-
55. versæ Græciæ ritu; et ad deorum epulas studiose accedebat
omnes, neque unquam hospitalem procella irruens contraxit
velum circa mensam, sed trajecit (ille) ad Phasin quidem
æstate, hieme * vero navigans Nili ad ripas (h. patebat quam
Ep. 3. latissime ejus hospitalitas).—Ne nunc, si quidem invidi
65. sensus mortalium mentes obsident, neque virtutem sileat
(Thrasybulus) paternam, neque hosce hymnos; quandoquidem non, ut otiose quiescant, eos elaboravi. Hæc, Nicasippe, expone, quando ad hospitem meum familiarem veneris.

## ISTHM. III.

# MELISSO THEBANO,

### QUADRIGIS.

Str. 1. SI quis hominum, felicitatem nactus aut per illustria certamina aut vi divitiarum, cohibet animo tetram insolentiam; dignus is est præconia civium adipisci. O Jupiter, magnas eam virtutes mortalibus contingunt beneficio tuo, vivitque diuturnior felicitas reverentium (te, piorum); perversis vero
Ant. 11. mentibus non æque perpetuo florens adest.—Inclytis vero facinoribus (ut) sua præmia (constent,) fas est celebrare virum strenuum, fasque choreas ducentem blandis hymnis extollere. Est vero et geminorum certaminum Melisso sors, quæ ad hilaritatem convertat dulcem cor (partim) in convallibus Isthmi adepto coronas; partim (cum) in cavo leonis
Ep. 21. pectorosi nemore proclamavit Thebæ,—cursu equestri victor. A majoribus autem congenitam sibi virtutem non dedecorat. Scitis sane Cleonymi gloriam antiquam curribus partam; et ex materno genere Labdacidis affines in divitiis versati sunt inter quadrigarum labores. Tempus vero volventibus sese diebus alia alias per vices afferre solet. Prorsus intacti (ab adversis rebus) sunt filii deorum.

* At v. not.

## ISTHM. IV.

## EIDEM MELISSO.

EST mihi, deorum beneficio, infinita quoquoversum via, ô Melisse; copiam enim dedisti Isthmiis (victoria), vestras (totius gentis Melissi) virtutes hymno prosequendi: quibus Cleonymidæ florentes semper juvante deo mortalem permeant vitæ terminum. *Alias autem alius ventus omnes homines ingruens agitat:—(etiam) illi igitur Thebis in honore fuisse antiquitus memorantur, hospitesque circumhabitantium, clamosæque expertes contumeliæ; quotquot vero inter homines volant defunctorum vivorumque virorum immensæ gloriæ testimonia, ea omnia attigerunt perfectissima; virtutibusque ad extremas usque inde a domo sua columnas pertingunt Herculeas:—nec fas est longius extensam affectare (quemquam) virtutem: equorumque altores fuerunt, æneoque Marti probati sunt. Enimvero die una asper nimbus belli quatuor viris orbavit beatam domum. Nunc vero rursus, post hibernam volubilium mensium caliginem tellus velut puniceis, floruerunt, rosis—deorum numine. Quassator autem terræ, Onchestum inhabitans, et pontem marinum ante Corinthi muros, huncce largitus ipsorum generi mirificum hymnum, e lecto excitat Famam antiquam gloriosorum facinorum: in somnum enim inciderat; sed nunc excitata corpore fulget, Lucifer conspicuus ceu astra inter cetera.—Quæ et, in arvis Athenarum currum cum promulgasset vicisse, inque Adrasteis certaminibus Sicyonis, præbuit pariter ejus seculi poetarum folia carminum. Neque a conventibus communibus abstinuerunt incurvum currum, sed cum universis Græcis certantes sumptu gavisi sunt equorum. Inexpertorum enim obscura silentia sunt.—Est vero obscuritas fortunæ etiam certantibus, priusquam ad finem summum perventum est; horum enim dat eventum (fortuna)*. Etiam fortiorem virorum deteriorum fraus supplantare solet corripiens. Nostis sane Ajacis robur cruentum, quo, sera nocte

Str. 1.

Ant. 11.

Ep. 21.

Str. 2. 32.

Ant. 2. 42.

Ep. 2. 52.

* Locus corruptus. Vid. not.

clare gestam non humi silentio tegendam. Divinus autem carminis laudatorii cantus consentaneus. Age vero, sonoram citharam, age, tibiam faciamus sonare in ipsum equestrium apicem certaminum, quæ Phœbo instituit Adrastus ad Asopi fluenta. Quorum ego mentione facta exornabo inclytis
Duod. 3. heroem honoribus:—Qui tunc quidem regnans ibi, novisque
25. festis et de robore virorum certaminibus curribusque politis illustrem-reddidit decorans urbem. Fugiebat enim Amphiaraumque audacem-consilio, et gravem seditionem paternæ domus Argosque. Principes vero non amplius erant Talai filii, oppressi seditione. Enimvero præstantior (mente) sedat
Duod. 4. litem priorem vir;—mariti-domitricemque Eriphylen, ceu
37. fidele fœderis pignus, dantes Oiclidæ (Amphiarao) uxorem, flavicomorum Danaorum facti sunt maximi. Et quondam septiportes Thebas deduxerunt virorum exercitum, non faustis auspiciis; neque Saturnius, fulmine vibrato, e domo furioso-impetu-concitatos (eos) proficisci jussit, sed abstinere a pro-
Duod. 5. fectione.—Manifestam vero utique ad cladem properabat
49. exercitus venire, æreis cum armis equestrique apparatu. Ismeni vero ad ripas, dulci reditu inhibito, albicantem corporibus pinguefecerunt fumum. Septem enim devorarunt pyræ juvenes viros; Amphiarao autem diffidit fulmine violento Jupiter latam terram, absconditque eum cum equis,—
Duod. 6. hasta Periclymeni antequam tergo percussus forti animo
61. pudefieret. Nam in divinitus-immissis terroribus fugiunt etiam filii deorum. Si fieri potest, ô Saturnie, animosam hanc Phœnicia-classe-advectarum hastarum de morte et vita dimicationem precibus-amoveo quam longissime; felicitatem vero legibus-sapienter-constitutam, rogo te, filiis diu Ætnæ-
Duod. 7. orum præbeas,—ô Jupiter pater, decoribusque civilibus
73. admoveas populum (h. ea ei impertias). Sunt utique in eo equorum studiosi, divitiisque animos habentes superiores viri. Incredibile dixi. Verecundia enim (honestarum rerum studium) latenter lucri cupiditate vincitur (plerumque, in iis), quæ gloriam afferunt. Chromio autem si armiger adstitisses in pedestribus pugnis, equorumque naviumque præliis: cog-
Duod. 8. novisses in discrimine acutæ pugnæ,—quod in bello illa dea
85. (Verecundia) incitabat ejus animum bellicosum, ut propulsaret exitium Martis. Pauci vero, ad cædis præsentis nubem manibus animoque in hostium ordines convertendam, consiliis valent. Dicitur sane Hectori quidem decus floruisse Scamandri fluenta prope; alte-precipites vero circa ripas He-
Duod. 9. lori,—quo loco Areæ Trajectum homines appellant, fulget
97. filio hoc Agesidami lumen in ætate prima. Alia autem alio

tempore, multa quidem in pulverulenta terra, alia vero vicino mari (gesta), commemorabo. Ex laboribus autem, qui in juventute suscepti fuerint cumque justitia, existit senectuti vita placida. Sciat, sortitum se a diis admirandam felicitatem.—Si enim cum opibus multis gloriosum nactus fuerit (aliquis) decus, non licet ulterius mortali, amplius fastigium aliud attingere pedibus. Hilaritatem autem amat convivium; recenterque florens augetur (illustrior redditur) victoria molli cantu. Audax vero apud craterem vox est. Misceat aliquis eum, dulcem hymni vatem,—argenteisque distribuat phialis potentem vitis filium, quas quondam quadrigæ partas Chromio miserunt bene-textis cum Latoidæ coronis ex sacra Sicyone. Jupiter pater, precor, ut hoc victoris decus celebraverim cum Charitibus, supraque multos (alios) honoraverim carminibus victoriam, jaculans proxime ad scopum Musarum! Duod. 10, 109. Duod. 11, 121.

## NEM. X.

# THIÆO, FILIO ULIÆ,

### LUCTATORI.

DANAI urbem, pulchrisque-soliis-insidentium quinquaginta filiarum, ô Charites, Argos, Junonis domicilium dea-dignum, canite. Refulget enim decoribus (victoriis) infinitis facinora propter animosa. Longa (sunt relatu) Persei circa Medusam Gorgonem (facinora); multa vero in Ægypto condita fuerunt oppida Epaphi manibus. Neque Hypermnestra peccavit (a recto deflexit), sola in vagina retinens gladium;—Diomedem autem, immortalem flava quondam dea cæsia fecit deum; Terra vero ad Thebas excepit, percussa Jovis telis, vatem Oicliden (Amphiaraum), belli nubem. Etiam fœminis pulchricomis excellit (Argos). Jupiter olim dum ad Alcmenam Danaenque venit, hanc confirmavit famam; patrique (idem) Adrasti Lynceoque mentis fructus (sapientiam) largitus est recta cum justitia,—fovitque virtutem Amphitry- Str. 1. Ant. 1. Ep. 2.

onis; ipse vero, beatissimus (Jupiter), venit in illius affinitatem. Dum enim (ille, Amphitryo) æreis armis Teleboas cædebat, ei facie assimulatus Immortalium rex aulam intravit semen intrepidum afferens Herculis: cujus in cœlo uxor Hebe pronubam apud matrem (Junonem) incedit pulcher-
Str. 2. rima dearum.—Arctum mihi os est ad omnia recensenda,
35. quotcunque Argiva terra sortita est decora. Est vero etiam, fastidio hominum occurrere, difficile. Sed tamen (anime mi) chordis bene-sonoram excita lyram, et luctarum suscipe curam. Certamen utique æneum excitat populum ad sacrificium Junonis præmiorumque judicium, Ulixe filius ubi
Ant. 2. victor bis, Thiæus, facilium cepit oblivionem laborum.—
46. Obtinuit vero etiam in Græcorum conventu Delphis, bonaque fortuna cum advenisset, et in Isthmo et Nemeæ coronam, Musisque negotium præbuit (carmine) arandi; ter quidem in maris portis (Isthmo) victor, ter vero etiam sacris in campis Adrasteæ ditionis. Jupiter pater, quæ utique desiderat animo, reticet ejus os. Omnis vero eventus penes te est eorum, quæ aguntur. Neque (ille) segni corde, (immo
Ep. 2. vero) afferens audaciam, expetit beneficium.—Nota cano
57. deoque ipsi, et, quisquis certat de supremorum præmiorum fastigiis. Summum vero Pisa tenet certamen ab Hercule institutum. Sane suaves quidem per intervalla in sacris Atheniensium (Panathenaicis) ipsum voces bis decantarunt, (in) terraque igni cocta (hydria figlina) fructus oleæ (oleum sacrum pro præmio datum) reportatus est ad Junonis fortem populum (Argos) in vasorum receptaculis (theca ænea) varie-
Str. 3. gatis.—Obtingit vero, ô Thiæe, majorum maternorum (per)
69. illustrem gentem vestrorum, victoriarum gloria Charitum Tyndaridarumque beneficio frequens. Vellem equidem, si essem Thrasycli Antiæque cognatus, Argis non occultare lumen oculorum. Victoriis enim quot equorum-altrix urbs Prœti floruit! Corinthique in recessibus et a Cleonæis
Ant. 3. (Nemeæ) quater;—e Sicyone vero argento-dotati cum vina-
80. riis phialis ingressi sunt (Argos), eque Pellene, induti tergo mollibus tramis (læna). At æs infinitum (præmia ex ære) non possum recensere; longioris enim otii esset, enumerare: quod quidem Clitorium et Tegea et Achivorum excelsæ urbes et Lycæum juxta Jovis (aram posuit,) ubi cursu pedum
Ep. 3. manuumque vicisset (quis) robore.—Quum Castor autem
91. venerit hospes ad Pamphaen *, et frater Pollux; non mirum est illis (illi stirpi Thiæi) ingenitum esse, ut sint athletæ

* Unum e Thiæi majoribus.

beni: siquidem spatiosæ præsides Spartæ (Dioscuri) certaminum sortem cum Mercurio et Hercule gubernat florentem; valde quidem virorum bonorum curam gerentes; et sane sunt deorum genus fidem servans.—Alternantes enim per vices, Str. 4.
diem unum apud patrem carum Jovem degunt, alterum vero 103.
sub latebris terræ, in convallibus Therapnæ, sorte utentes simili. Siquidem hanc, quam omnino deus esse habitareque in cœlo, elegit vitam interfecto Pollux Castore in bello. Hunc enim Idas propter boves admodum iratus vulneravit æreæ hastæ cuspide.—(Namque) a Taygeto e-longinquo-con- Ant. 4.
spicatus vidit Lynceus (Idæ frater) quercus in trunco seden- 114.
tem (Castorem). Illius enim hominum omnino fuit acutissimus visus. Velocibus autem pedibus statim accesserunt, et atrox facinus patrarunt celeriter, passi vero etiam sunt grave malum manu Jovis, Apharetidæ (Idas et Lynceus). Illico enim advenit Ledæ filius (Pollux) insequens. Illi vero contra steterunt, sepulcrum prope paternum;—unde cor- Ep. 4.
reptam statuam Plutonis, politum saxum, projecerunt in 125.
pectus Pollucis; nec tamen eum attriverunt neque represserunt: sed irruens (ille) jaculo veloci adegit Lyncei in latera æs. Jupiter vero in Idam igniferum contorsit fuliginosum fulmen. Uterque vero (Lynceus et Idas) simul combusti sunt, auxilio destituti. Exitiale enim est hominibus, contentionem suscipere cum potentioribus.—Statim vero ad Str. 5.
fratris robur (fratrem fortem, Castorem, lancea percussum) 137.
rediit Tyndarides, (alter, Pollux,) et eum nondum mortuum, sed anhelitu interclusum habentem spiritum invenit. Calidas autem fundens lacrymas inter suspiria altum clamavit: Pater Saturnie, quis tandem finis erit luctuum? etiam mihi mortem cum hocce immitte, ô deus! Perit honor, amicis orbato, viro; paucique in ærumna ita fidi mortalium,—ut in calami- Ant. 5.
tatis societatem venire non recusent. Sic dixit. Jupiter 148.
vero occurrit ei, et hocce effatus est oraculum: Tu es meus filius: hunc vero (Castorem) postea maritus (Tyndareus), semen mortale, cum matre tua congressus *, stillavit (genuit) heros. Sed age, horum tibi tamen optionem trado: si quidem mortemque effugiens et senectutem odiosam, ipse Olympo vis habitare mecum cumque Minerva et atramgerente-hastam Marte;—est tibi sane horum sors. Si vero Ep. 5.
pro fratre contendere, omniumque in animo habes dividere 159.
(cum eo) æqualem portionem: (tum) quidem dimidium

* Jungam equidem: σπέρμα φιλάσας, semen mortale tuæ matri afferens. Cf. hac ipsa Oda v. 30. K.

spires sub terra vivens, dimidium vero cœli in aureis domibus. Sic utique locuto (Jove), animus (Pollucis) non ambiguum versavit consilium. Denuo igitur solvit oculum, deinde et vocem, ære-galeati Castoris.

## NEM. XI.

# ARISTAGORÆ PRYTANI,

## TENEDIO,

## FILIO ARCESILÆ.

Str. 1. FILIA Rheæ, quæ prytanea tenes, Vesta, Jovis altissimi soror et throni-sociæ Junonis, suscipe propitia Aristagoram tuum in penetrale (curiam), propitiaque (suscipe) collegas insigne prope sceptrum (signum tuum in curia adstans), qui
Ant. 7. te colentes justam custodiunt Tenedum,—sæpe quidem libationibus venerantes (te) principem dearum, sæpe vero (sacrificiorum) nidore. Lyra vero ipsis sonat cantusque, et hospitalis Jovis colitur jus perpetuis conviviis. Sed gloriose magistratum duodecim-mensium da illis transigere illæso
Ep. 13. (tristi casu) animo.—Patrem autem ego beatum prædico Arcesilam, et corpus (Aristagoræ) admirandum, et fortitudinem ingenitam. Si vero quis opes possidens forma superaverit alios, inque certaminibus victor specimen edidit roboris; is mortalibus meminerit se amictum membris, et
Str. 2. postremo omnium terram induturum esse.—Sermonibus
22. autem civium bonis laudare (illum) oportet et mellisonis ornatum celebrare cantibus. E vicinis autem, sedecim Aristagoram splendidæ victoriæ patriamque claram coronarunt
Ant. 2. lucta et valde-glorioso pancratio.—Spes tamen segnior parentum filii robur impedivit Pythone periculum facere Olympiæque certaminum. Per enim ipsam jurisjurandi religionem
28. (assevero), mea quidem sententia, ad Castaliam et ad arborosum profectus collem Saturni, honorificentius quam pug-
Ep. 2. nantes adversarii rediisset,—quinquennale festum ab Hercule
34.

institutum celebrans, redimitusque comam purpureis frondibus. Sed mortalium alium quidem vana gloriatio felicitate dejicere solet; alium vero contra, robori nimium diffidentem, propriis privat bonis, manu trahens retro, animus audacia carens.—Agnoscere admodum facile erat Pisandri priscum sanguinem Spartani: ab Amyclis enim (ille) venerat cum Oreste, Æolum exercitum ære-armatorum huc (Tenedum) adducens: et ad Ismeni fluenta admixtum (sanguinem) Melanippi avi materni. Priscæ autem virtutes—recuperant, (etsi) per (aliquot) hominum generationes vicissitudinem expertæ, robur. Continue vero neque nigra fruges edere solent arva; nec arbores amant omnibus annorum recursibus florem odoratum ferre copia parem (pari copia), sed per vices. Sic et mortale genus ducit—Fatum. At a Jove hominibus certum non contingit (de eventu) signum. Et tamen in superbia incedimus resque multas molientes. Illigata enim sunt impudenti spe membra (homines), providentiæ vero (futuri) longe absunt viæ. Utilitatum autem oportet modum venari (sectari, tenere); appetere vero, quæ quis assequi non possit, gravis insania est. Str. 3. 43. Ant. 3. 49. Ep. 3. 55.

# ISTHMIA.

## ISTHM. I.

## HERODOTO THEBANO,

### CURRU.

O MATER mea, tuum, aureo-clypeo insignis Theba, negotium etiam occupatione (mea) potius existimabo. Ne mihi aspera succenseat Delus, in qua effusus (qua celebranda occupatus) sum. Quid carius, quam venerandi parentes (sui), bonis est? Cede, ô Apollinea (Dele). Utrumque utique hymnum cum diis perducam ad finem:—et intonsum Phœbum choro celebrans in Co circumflua, cum maritimis viris (insulanis); et mari septum Isthmi jugum: quandoquidem coronas sex præbuit Cadmi populo ex certaminibus, victoriale patriæ decus. In qua et intrepidum Alcmena peperit—filium, feroces quem quondam Geryonæ horruerunt canes. At ego Herodoto parans currus quadrijugi præmium, ipsique habenas, non alienis manibus, regenti, velim aut Castoreo aut Iolai inserere ipsum hymno. Illi enim inter heroas aurigæ Lacedæmone et Thebis geniti sunt præstantissimi,—in ludisque subierunt plurima certamina, et tripodibus ornaverunt domum et lebetibus phialisque aureis, nacti coronas victrices. Fulget vero clara eorum virtus et in gymnicis stadiis, et in scutistrepis armatis cursibus.—Quantumque manibus (lucta)! et jaculantes hastis, et saxeos quando emiserunt discos! Nam nondum erat quinquertium, sed cuilibet certamini suum constitutum erat præmium. Quorum (e quibus certaminibus) multis redimiti frequenter frondibus comas, et prope fluenta Dirces apparuere, et prope Eurotam,—Iphiclis quidem filius

Str. 1. Ant. 8. Ep. 15. Str. 2. 26. Ant. 2. 33. Ep. 2. 40.

(Iolaus) popularis Spartorum (Thebanorum) genti, Tyndaridesque vero inter Achæos altam Therapnæ inhabitans sedem. Salvete. Ego vero, Neptunoque Isthmoque divino Onchestiisque ripis concinnans cantum, celebrabo hujus viri inter
Str. 3. honores inclytam Asopodori patris sortem,—Orchomenique
51. patriam terram: quæ ipsum innixum naufragii-tabulis ex immenso mari in horrenda excepit calamitate. Nunc vero rursus pristinæ adest fortuna congenita felicitatis. At qui ærum-
Ant. 3. nas pertulit, is mentis etiam providentiam affert (habet).—Si
58. vero virtus (virtutis præmium) in quovis studiorum genere proposita est, sumptibus pariter atque laboribus oportet eam nactis magnificas laudes non invidis tribuere animis. Nam leve donum est a viro sapiente (poeta) pro laboribus omnigenis, carmine dicendo egregium commune excitare decus.—
Ep. 3. Merces enim aliis alia ob labores hominibus dulcis (contin-
65. git) pastorique, aratorique, aucupique, et (ei) quem mare alit. Ut a ventre quidem horum quivis depellat famem tetram, occupatur. Qui vero in certaminibus, aut (bello) prælians, reportarit decus splendidum; is bene laudatus lucrum summum
Str. 4. accepit, civium et peregrinorum linguæ (laudis) florem.—At
76. nos decet vicissim et Saturni terræ-quassatorem filium vicinum, bene meritum de quadrigis, cursuum equestrium præsidem (Neptunum), gratiis agendis celebrare, et tuos, ô Amphitryo, filios compellare Minyæque recessum (Orchomenum), et Cereris inclytum lucum Eleusinem, et Eubœam, inflexo-
Ant. 4. rum curriculorum (certaminum) causa.—Tuum quoque, ô
83. Protesilae, Achivorum juxta Phylacen sacellum addo. Sed omnia eloqui, quæ ludorum-præses Mercurius Herodoto dedit equis, prohibet brevem mensuram habens hymnus. Enimvero sæpe etiam, quod est silentio præteritum, voluptatem
Ep. 4. majorem affert (audientibus).—Contingat ipsi (adhuc hoc, ut)
90. bene-vocalium alis sublatus, splendidis Pieridum porro Pythone etiam Olympiorumque eximiis Alphei frondibus impleat manum, gloriam septiportibus Thebis parando. Si vero quis intus fovet divitias occultas, aliisque insultans ridet; is animam Orco se pendere non cogitat sine gloria.

## ISTHM. II.

## XENOCRATI AGRIGENTINO.

PRISCI quidem, ô Thrasybule, viri, qui aureis-redimiculis- Str. 1.
insignium currum Musarum conscenderunt, inclyta cum cithara accedentes, sæpe in puerorum gratiam emiserunt mellisonos hymnos; si quis formosus nactus fuerat Veneris pulchrithronæ procam, suavissimum florem (pubertatem).—
Musa enim nondum lucri-cupida tunc erat, neque mercenaria, Ant. 9.
neque vendebantur dulces (illi) mellisoni a Terpsichore, deargentati fronte (præscripta in fronte argenti summa, qua venales erant); mollivoces cantus. Nunc vero expedit Argivi
observare dictum, ad veritatem proxime accedens:—pecu- Ep. 17.
nias! pecunias! heus homo! qui dixit: opibus una destitutus et amicis! Sapiens enim tu es, nec ignaro cano. Isthmiam quadrigis victoriam hanc * Xenocrati Neptunus largitus, Doricorum ipsi coronam comis misit illigandam apiorum,—curru-præstantem virum honorans, Agrigentinorum Str. 2.
lumen. Prope Crissam vero præpotens respexit Apollo 24.
ipsum, præbuitque decus. Et eodem tempore inclytis Erechthidarum decoribus admotus (ornatus) in splendidis Athenis,
non conquestus est de currus gubernatrice manu equorum
agitatoris,—quam Nicomachus (idem hic equorum agitator) Ant. 2.
tempestive adhibuit omnibus habenis: quem etiam præcones 32.
Horarum (certaminis) pronuntiarunt, sacerdotes Saturnii Jovis Elei, facientes quodammodo aliquod hospitale officium;
et suave-spirante ipsum salutarunt voce, aureæ in sinum prolapsum Victoriæ—terra in ipsorum, quam vocant Olympii Ep. 2.
Jovis lucum: ubi immortales Ænesidami filii honores asse- 40.
cuti sunt. Etenim non ignara vestra est domus neque chorearum, ô Thrasybule, amabilium, neque mellisonorum cantuum.—Neque enim scopulus, neque ardua via est, si quis Str. 3.
illustrium ad virorum ædes adducat munera Heliconiadum. 47.
Utinam, (etsi) longe jacto-disco, jaculer tantum, quantum indole Xenocrates homines suavi superavit. Verecundus

* Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν τὰν, h. ταύτην—

Ant. 3. erat inter cives versans,—equorumque alturam curans uni-
55. versæ Græciæ ritu; et ad deorum epulas studiose accedebat omnes, neque unquam hospitalem procella irruens contraxit velum circa mensam, sed trajecit (ille) ad Phasin quidem æstate, hieme * vero navigans Nili ad ripas (h. patebat quam
Ep. 3. latissime ejus hospitalitas).—Ne nunc, si quidem invidi
65. sensus mortalium mentes obsident, neque virtutem sileat (Thrasybulus) paternam, neque hosce hymnos; quandoquidem non, ut otiose quiescant, eos elaboravi. Hæc, Nicasippe, expone, quando ad hospitem meum familiarem veneris.

## ISTHM. III.

# MELISSO THEBANO,

### QUADRIGIS.

Str. 1. SI quis hominum, felicitatem nactus aut per illustria certamina aut vi divitiarum, cohibet animo tetram insolentiam; dignus is est præconia civium adipisci. O Jupiter, magnæ enim virtutes mortalibus contingunt beneficio tuo, vivitque diuturnior felicitas reverentium (te, piorum); perversis vero
Ant. 11. mentibus non æque perpetuo florens adest.—Inclytis vero facinoribus (ut) sua præmia (constent,) fas est celebrare virum strenuum, fasque choreas ducentem blandis hymnis extollere. Est vero et geminorum certaminum Melisso sors, quæ ad hilaritatem convertat dulcem cor (partim) in convallibus Isthmi adepto coronas; partim (eum) in cavo leonis
Ep. 21. pectorosi nemore proclamavit Thebæ,—cursu equestri victor. A majoribus autem congenitam sibi virtutem non dedecorat. Scitis sane Cleonymi gloriam antiquam curribus partam; et ex materno genere Labdacidis affines in divitiis versati sunt inter quadrigarum labores. Tempus vero volventibus sese diebus alia alias per vices afferre solet. Prorsus intacti (ab adversis rebus) sunt filii deorum.

* At v. not.

## ISTHM. IV.

## EIDEM MELISSO.

EST mihi, deorum beneficio, infinita quoquoversum via, ô Melisse; copiam enim dedisti Isthmiis (victoria), vestras (totius gentis Melissi) virtutes hymno prosequendi: quibus Cleonymidæ florentes semper juvante deo mortalem permeant vitæ terminum. Alias autem alius ventus omnes homines ingruens agitat:—(etiam) illi igitur Thebis in honore fuisse antiquitus memorantur, hospitesque circumhabitantium, clamosæque expertes contumeliæ; quotquot vero inter homines volant defunctorum vivorumque virorum immensæ gloriæ testimonia, ea omnia attigerunt perfectissima; virtutibusque ad extremas usque inde a domo sua columnas pertingunt Herculeas:—nec fas est longius extensam affectare (quemquam) virtutem: equorumque altores fuerunt, æneoque Marti probati sunt. Enimvero die una asper nimbus belli quatuor viris orbavit beatam domum. Nunc vero rursus, post hibernam volubilium mensium caliginem tellus velut puniceis, floruerunt, rosis—deorum numine. Quassator autem terræ, Onchestum inhabitans, et pontem marinum ante Corinthi muros, huncce largitus ipsorum generi mirificum hymnum, e lecto excitat Famam antiquam gloriosorum facinorum: in somnum enim inciderat; sed nunc excitata corpore fulget, Lucifer conspicuus ceu astra inter cetera.—Quæ et, in arvis Athenarum currum cum promulgasset vicisse, inque Adrasteis certaminibus Sicyonis, præbuit pariter ejus seculi poetarum folia carminum. Neque a conventibus communibus abstinuerunt incurvum currum, sed cum universis Græcis certantes sumptu gavisi sunt equorum. Inexpertorum enim obscura silentia sunt.—Est vero obscuritas fortunæ etiam certantibus, priusquam ad finem summum perventum est; horum enim dat eventum (fortuna)*. Etiam fortiorem virorum deteriorum fraus supplantare solet corripiens. Nostis sane Ajacis robur cruentum, quo, sera nocte

Str. 1.

Ant. 11.

Ep. 21.

Str. 2. 32.

Ant. 2. 42.

Ep. 2. 52.

* Locus corruptus. Vid. not.

confossus suo ense, probrum facit filiis Græcorum, quotquot
Str. 3. Trojam venerant.—At Homerus utique honoravit (eum)
68. inter homines, dum omnem ejus exaltans virtutem per seriem
cecinit divinorum versuum posteris decantandam. Hoc enim
immortale-sonans procedit, quod quis carmine egregio cele-
braverit; et omnifrugiferam per terram et per mare incedit
Ant. 3. factorum splendor egregiorum inextinctus semper.—Pro-
73. pitias Musas utinam habeamus ad accendendam illam facem
hymnorum etiam Melisso, coronam pancratio dignam, ger-
mini Telesiadæ! Animo enim, in labore subeundo, audaciæ
similis graviter-frementium ferorum leonum; prudentia vero
vulpes, quæ resupinata aquilæ impetum cohibet. Oportet
Ep. 3. autem, quidvis moliendo labefactare hostem.—Non enim
83. staturam Orioneam sortitus est. Sed contemptibilis aspectu,
in conflictu vero robore * gravis. Atqui quondam ad Antæi
ædes, Thebis a Cadmeis, statura brevis, animo vero invictus,
colluctaturus venit heros in triticiferam Libyam; craniis ut
hospitum templum Neptuni operientem (Antæum) coerceret,
Str. 4. —filius Alcmenæ. Qui in Olympum abiit, cum et terras
94. omnes et in-præceps-profundi cani maris explorasset æquor,
navigationibusque fretum mansuefecisset. Nunc vero apud
Ægiochum præstantissima felicitate fruens habitat, coliturque
ab Immortalibus, (ipsis) carus, Hebæque maritus est, aure-
Ant. 4. arum ædium dominus, et gener Junonis.—Cui quidem Elec-
104. tras supra portas epulum adornantes nos cives et recens-
structa coronamenta ararum, celebramus inferias ære-cæso-
rum octo mortuorum, quos Megara peperit ei Creontis filia
filios, quorum in honorem sub occasum radiorum solis flamma
accensa continue pernoctat, ætherem nidorifero feriens fumo:
Ep. 4. —et altera dies anniversariorum terminus certaminum est,
114. roboris spectaculum; ubi dealbatus caput myrtis hic Me-
lissus duplicem victoriam edidit, puerorum tertiam antea
(ediderat), gubernatoris clavum-versantis consilio obsecutus
prudentissimi. Cum Orsea igitur ipsum celebro jucundam
destillans laudem.

* Leg. ἀκμᾷ non αἰχμᾷ.

## ISTHM. V.

# PHYLACIDÆ ÆGINETÆ,

### PANCRATIO.

O MATER Solis celeberrima, Thia, per te et præpotens existimant aurum homines præ ceteris; et certantes naves in mari et quadrigales equi propter tuum, ô dea, splendorem volubilibus in pugnis admirandi existunt;—et (per te) in ludicris certaminibus amabilem gloriam acquirit, cuicunque multæ coronæ redimierunt comam, manibus victoriam adepto aut velocitate pedum. Spectatur vero virtus hominum, deorum ope. Duo vero vitæ florem (vitam) sola pascunt (ornant) suavissimum florente felicitate:—si quis re bene gesta bene audiat. Ne frustra quære Jupiter fieri; omnia habes, si ad te horum sors pervenerit bonorum. Mortalia mortales decent. Tibi autem in Isthmo duplex florens victoria, ô Phylacida, reposita est; Nemeæ vero etiam utrique, (tibi) Pytheæque, pancratii. At meum non sine Æacidis pectus hymnos tractat; cumque carminibus (etiam nunc) veni Lamponis filiis—hanc in legibus-bene-instructam urbem: quæ cum conversa sit divinorum facinorum in viam splendidam, ne invideas laudes convenientes hymno miscere pro laboribus. Etenim etiam inter Heroas strenui bellatores famam lucrati sunt; celebranturque inque citharis, tibiarumque omnisono strepitu—omni tempore; studiumque (carminum materiem) poetis præbent, Jovis beneficio, honorati: in Ætolorum quidem sacrificiis illustribus Œnidæ strenui; Thebisque equorum agitator Iolaus in honore est; Perseusque Argis; Castorisque virtus Pollucisque ad Eurotæ fluenta;—at in Œnona (insula Ægina) magnanima indoles Æaci filiorumque. Qui et prælius bis urbem Troum vastaverunt, sequentes Herculem prius, tum cum Atridis. Impelle nunc mihi (cursum) procul a terra (in altum). Dic: quinam Cycnum, quinam Hectorem occiderunt, et imperatorem Æthiopum intrepidum Memnonem ære-armatum? Quis strenuum Telephum vulneravit sua hasta Caici ad ripas?—(Illi quidem) quorum Æginam profert os

Str. 1. Ant. 9. Ep. 17. Str. 2. 28. Ant. 2. 36. Ep. 2. 44. Str. 3. 55.

patriam, excellentem insulam. Constructus vero est jamdudum cumulus excelsorum facinorum, quem conscendere possis; multaque rectiloqua lingua mihi jacula (laudes) habet de illis sonandi; etiam nunc in bello testari potest
Ant. 3. urbs Ajacis, servata a classiariis—in multum-exitiali, Salamis,
63. Jovis imbre, innumerabilium hominum grandinosa cæde. Sed tamen gloriationem submerge silentio. Jupiter hæc et illa (secunda et adversa) distribuit, Jupiter, omnium dominus. Mellis vero instar amabilem hujusmodi etiam decora (victoriæ certaminibus partæ) epinicium hymnum amant. Con-
Ep. 3. tendat quispiam allaborans (certamina frequentans)—de cer-
71. taminibus, de gente Cleonici ubi inaudiverit (certet mihi quis cum ea victoriarum numero). Non profecto involutus tenebris est longus labor virorum, neque, quantæ impensæ ad potiundum spe (factæ fuerint), stimulat curam (neque impensarum pœnitet). Laudo etiam, Pytheam inter membrorum-domitores (athletas) Phylacidæ plagarum cursum direxisse, manibus dextrum, animo parem. Accipe ei coronam, ferque villosam (laneam) vittam, et alatum novum una-mitte hymnum.

## ISTHM. VI.

## PHYLACIDÆ,

### PANCRATIO INTER PUEROS.

Str. 1. FLORENTE hominum velut convivio secundum craterem musicorum carminum miscemus pro Lamponis stremue-certante progenie. Nemeæ quidem primum, ô Jupiter, tibi, flore accepto coronarum; nunc autem in Isthmo domino (ejus, Neptuno) Nereidibusque quinquaginta, filiorum (Lamponis) natu minimo Phylacida vincente. Contingat autem, tertium (quoque) Servatori propinantes Olympio (ut possi-
Ant. 14. mus) Æginam perfundere mellisonis carminibus!—Si quis enim hominum, sumptuque delectatus et labore, exercet divinas virtutes, simulque ei fortuna serit gloriam amabilem; is jam ad ultimos fines felicitatis jacit anchoram, divinitus-honoratus. Talia studia secutus optat mortem senectamque exci-

pere canam Cleonici filius. Ego vero altithronam Clotho
ororesque Parcas precor, ut obsequantur inclytis amici pre-
cibus.—Vosque, ô aureis-curribus-insignes Æacidæ, insti- Ep. 72.
tutum mihi profiteor certissimum esse, quoties in hanc (car-
mine) incido insulam, aspergere laudibus. Innumeræ enim
sunt facinorum præclarorum (quæ Æacidæ edidere) centum-
pedes-latæ (amplissimæ) continuo viæ et ultra Nili usque
fontes et per Hyperboreos: neque est ita barbara aut a
lingua nostra aliena civitas, quin Pelei norit gloriam herois,
felicis generi deorum:—aut quin Ajacis Telamoniadæ et Str. 2.
patris. Quem (Telamonem) armis-gaudentem, ad bellum 38.
duxit cum Tirynthiis promptum belli-socium ad Trojam,
heroum laborem, Laomedontium ob delictum, navibus, Alc-
menæ filius. Cepitque Pergamiam (arcem), occiditque cum
illo (Telamone) Meropum gentes; et bubulcum, monti
æqualem, ad Phlegras nactus Alcyonea; suoque non pe-
percit manibus gravisono nervo—Hercules. Æacidam autem Ant. 2.
vocans ad navigandum citaverat omnibus epulantibus. Illum 51.
quidem in exuvio leonis adstantem jussit nectareis liba-
tionibus auspicari fortem Amphitryoniaden, porrexitque ipsi
præstantissimus vini-capacem phialam auro horrentem Tela-
mon. Ille vero extensis ad cœlum manibus invictis prolo-
cutus est tale dictum (preces): si unquam meam, ô Jupiter
pater, animo lubens precationem audivisti:—nunc tibi, nunc Ep. 2.
precibus sacris supplico, filium animosum ex Eriboea viro 64.
huic, hospiti meo *, fatis debitum exhibeas; invulnerabilem
quidem corpore, quemadmodum hoc exuvium me nunc cir-
cumit feræ, quam, primum omnium laborum, interfeci olim
Nemeæ; animusque par esto. Hæc utique illi locuto misit
deus principem avium, magnam aquilam. Suavis vero intus
ipsum titillavit voluptas,—dixitque alta voce utpote vates; Str. 3.
Erit tibi filius, quem petis, ô Telamon; et ipsum avi, quæ 75.
apparuit, appella cognominem valde-robustum Ajacem, inter
populos in laboribus stupendum Martis. Atque sic locutus
mox consedit. Mihi vero longum foret, omnes commemo-
rare virtutes (facta Æacidarum): Phylacidæ enim veni, ô
Musa, dispensator Pytheæque hymnorum Euthymenique.
Argivorum more dicetur utique paucissimis:—Reportarunt, Ant. 3.
inquam, victorias ex pancratio tres ab Isthmo, alias autem a 88.
frondosa Nemea illustres filiique et avunculi. Produxerunt
autem in lucem quantam portionem hymnorum! Psalychia-
darumque tribum Gratiarum irrigant pulcherrimo rore; The-

* Vide not. Edit.

mistiique domo instaurata hancce urbem deo caram inhabitant. Lampon autem " studium rebus gerendis adhibens" Hesiodi valde probat illud dictum, filiosque præcipiens
Ep. 3. 101. (iisdem verbis) adhortatur,—commune civitati decus suo (decore) adducens. Etiam ob benefacta in hospites amatur; modum animo persequens, modumque etiam (re) servans; linguaque non a mente aliena. Dicas illum virum inter athletas, esse Naxiam, lapides inter alios, æris-domitricem cotem. Rigabo eos Dirces pura aqua, quam alte-succinctæ filiæ aurea-veste-ornatæ Mnemosynes produxerunt juxta bene muratas Cadmi portas.

## ISTHM. VII.

## STREPSIADÆ THEBANO,

### PANCRATIO.

Str. 1. QUONAM priscorum, ô beata (dea) Theba, decorum patriorum maxime animum tuum oblectasti? Num æreis-cymbalis-strepentis assessorem Cereris quando comatum in lucem edidisti Bacchum? an aurum media nocte ningentem quum-
Ant. 9. excepisti præstantissimum deorum (Jovem),—quando Amphitryonis in foribus stans (domum ingressus) uxorem convenit Herculeo semine? an quum Iolao rei-equestris-perito? an Spartis (Thebanis) invictis-hasta (animum oblectasti)? an quum acri Adrastum ex tumultu belli remisisti, orbatum—
Ep. 17. innumeris sociis, ad Argos equestre? an Doricam coloniam quando firmo constituisti talo (firma collocasti sede) Lacedæmoniorum? ceperuntque Amyclas Ægidæ tui filii (Thebanorum tribus) oraculis Pythicis? Enimvero antiquum obdor-
Str. 2. 25. miscit decus, immemoresque (ejus) fiunt mortales,—quicquid non sapientiæ florem summum (poetæ artem exquisitiorem) assecutum fuerit, ut inclytis carminum rivis (libationibus) admisceatur (carminibus celebretur). Choreas-institue igitur, dulcisono cum hymno, etiam Strepsiadæ. Reportat enim ex Isthmo victoriam pancratii, roboreque stupendus aspectuque formosus; habetque virtutem non deteriorem corpore;—

illustraturque per violaceis-comis-ornatas Musas; avuncu- Ant. 2.
loque cognomini attulit commune * decus; æreo-clypeo-in- 33.
signis cui mortem Mars intulit. Sed gloria bonis reposita
est. Sciat enim certo, quicunque in hac nube grandinem
cædis a cara patria propulsat,—exitium avertens in hostilem Ep. 2.
exercitum, apud cives stirpi maximam gloriam (se) accumu- 41.
lare tam viventem quam mortuum. Tu vero, ô Diodoti fili,
bellicosum æmulans Meleagrum, æmulansque Hectorem
atque Amphiaraum, floridam exspirasti ætatem,—antesigna- Str. 3.
norum in turba, ubi fortissimi sustinuerunt belli contentionem 49.
extrema spe. Pertuli tum luctum infandum. At nunc mihi
terram-continens (Neptunus) serenitatem præbuit post hie-
mem. Cantabo comam (victoris) coronis aptans. At Im-
mortalium ne conturbet invidia—(hoc meum studium): quod Ant. 3.
jucunditatem quoque-die-oblatam sectans tranquillus accedo 57.
ad senectutem fataleque ævum. Morimur enim pariter
omnes, etsi fortuna sit inæqualis. Longinqua vero quisquis
spectat, imbecillior (erit, imbecilliorem se esse sentiet,) quam
ut pervenire possit ad æream deorum sedem; quum alatus
excusserit Pegasus—dominum volentem in cœli regiones Ep. 3.
contendere ad concilium Bellerophontem Jovis. Injustam 65.
vero voluptatem acerbissimus manet exitus. Nobis vero, ô
aurea-coma-florens, præbe, Loxia, tuis etiam Pythone car-
minibus floridam coronam.

## ISTHM. VIII.

# CLEANDRO ÆGINETÆ,

### PANCRATIO.

CLEANDRO quispiam juventutique (ejus) pretium incly- Diær. 1.
tum, ô Juvenes, laborum, patris splendidum Telesarchi ad
vestibulum progressus, congregato pompam cum hymno, et
Isthmicæ victoriæ præmium, et Nemeæ quod certaminum
victoriam adeptus est. In cujus gratiam et ego, quamvis

* F. novum, καινὸν θάλος.

mœstus animo, postulor auream invocare Musam. A magnis vero luctibus liberati neque in orbitatem incidamus coronarum! neque mœrores fove (anime mi)! sed dimissis inutilibus ærumnis, dulce aliquid in publicum proferamus, etiam post calamitatem. Quandoquidem capiti impendens Tantali
Diær. 2. saxum aliquis avertit a nobis deus,—ingentem Græciæ labo-
23. rem. At mihi metus sublatus gravem levat solicitudinem. Resque præsens quælibet præstat semper. Dolosum enim ævum (incerta fortuna) hominibus impendet, accelerans vitæ cursum. Sanabilia tamen sunt mortalibus salva libertate etiam illa, oportetque bonam spem hominem fovere. Fas vero est, in septiportibus Thebis educatum (me) Æginæ hymnorum decus præ (aliis) tribuere; patris siquidem (ejus) geminæ fuerunt filiæ Asopidumque natu minimæ, Jovique placuerunt regi. Qui alteram quidem (Theben) apud pulchrifluam Dircem curruum-studiosæ urbis constituit præsidem;
Diær. 3. —tecum vero (ô Ægina) in insulam Œnopiam translata dor-
45. mivit; divinum ubi peperisti Æacum gravistrepo patri, honoratissimum inter mortales; qui etiam deorum lites decidit. Cujus quidem diis-pares excelluerunt filii, nepotesque bellicosi fortitudine in æreo luctuoso subeundo strepitu belli; sapientesque fuerunt prudentesque animo. Hæc etiam deorum meminerunt concilia, (ex eo adhuc tempore) Jupiter quando illustrisque Neptunus de Thetidis contendebant nuptiis, uxorem formosam cum vellet uterque suam esse. Amor enim (ejus) tenebat (eos). Sed non ipsorum immortales
Diær. 4. perfecerunt conjugium deorum mentes,—postquam oracula
67. audiverant. Dixit enim consilio-valens in medio ipsorum Themis: fatale esse, filium deum præstantiorem patre ut pariat marina dea, qui et fulmine potentius aliud telum agitaturus sit manu, et tridente invicto, si cum Jove (illa) concumbat aut Jovis cum fratre. Itaque hæc (pergit illa) missa facite. Mortalem autem torum sortita filium videat interemptum bello, Marti manibus similem, fulguribusque vigore pedum. Mea quidem voluntas est, Peleo divinum concedere nuptiarum Æacidæ præmium, quem religiosissimum aiunt
Diær. 5. Iolci alere solum.—Eant autem ad divinum antrum Chironis
79. recta statim nuntii; neque Nerei filia contentionum folia (sententias discrepantes: rixandi inter nos deos materiem) iterum præbeat nobis; pleniluniique vespera amabile solvat (illa) frænum sub heroe virginitatis. Sic dixit Saturniis locuta dea. Illi vero superciliis annuerunt immortalibus: verborumque (ejus) fructus non periit. Aiunt enim una-curasse et nuptias Thetidis regem (Jovem); et juvenilem

illustrarunt poetarum ora ignaris virtutem Achillis: qui et Mysium vitiferum cruentavit, Telephi atro aspergens cruore, campum;—et çonstruxit Atridis reditum, Helenamque redemit, Trojanos nervos (fortissimos Trojanorum heroas) cum excidisset hasta, qui eum averterant nonnunquam a pugna homicida prælium campo molientem, Memnonisque robur (Memnonem) superbum, Hectoremque, aliosque principes, quibus domum Proserpinæ monstrans Achilles, princeps Æacidarum, Æginam suamque stirpem illustravit. Quem ne mortuum quidem carmina destituerunt; sed juxta ejus rogum sepulcrumque Heliconiæ virgines steterunt, lamentationemque celebrem affuderunt. Placuit nimirum Immortalibus, fortem virum etiam mortuum hymnis dearum tradere. —Quod et nunc habet rationem (non minus valet): properatque Musarum currus ad Nicoclis monumentum pugilis canendum, honorandumque eum, qui Isthmicam (coronam) e Doricis nactus est apiis; postquam finitimos vicerat olim idem ille viros inevitabili manu convellens. Eum quidem non dedecorat eximii filius patrui (Cleander). Æqualium aliquis splendidam ob pancratium Cleandro nectat myrti coronam. Siquidem eum Alcathoi certamen cum victoria (h. victorem), inque Epidauro juventus antea excepit. Eum laudare viro bono facile est. Juventutem enim non expertem sub latibulo præclarorum facinorum consumpsit.

Diær. 6. 111.

Diær. 7. 133.

# CARMINUM PINDARICORUM

# FRAGMENTA;

OLIM A

JOANN. GOTTL. SCHNEIDER,

PROF. ACAD. FRANCOF. AD VIADRUM,

COLLECTA,

NUNC ITERUM

DIGESTA ET AUCTA.

# PRÆFATIO.

ANTE viginti quinque fere annos Fragmenta Pindari, locupletiora iis, quæ in superioribus editionibus prostabant, me suasore collegerat Jo. G. SCHNEIDER, tum ex adolescentibus mihi familiarissimis, vir antiquarum literarum copiis instructus amplissimis, quas cum naturæ cognoscendæ et illustrandæ studio postea ita conjunxit, ut nunc inter principes viros doctos, qui hoc literarum connubio inclaruerunt, sit habendus. Ea fragmenta ut Pindari carminibus subjungerem, ipsa res postulare videbatur. Cum tamen experientia edoctus cognovissem, usum eorum esse aliquantum impeditum ac molestum, quoties singula fragmenta essent exquirenda, aut videndum, num illud, in quod forte incideras, fragmentum jam in illa congerie lateat, quum fragmentorum, auctorum, et locorum, promiscuæ essent sedes, et in diversos numeros dispersæ particulæ: in recensu eorum et ordine posse ac debere aliquid a me novari facile intellexi. Operam itaque dedi, ut fragmenta certo consilio ad certum ordinem revocarem, viamque expeditam redderem iis, qui posthæc fragmenti alicujus sedem investigare vellent.

Egi itaque maxime hoc, ut fragmenta incerta suo quæque auctori, a quo ea recitata sunt, reddita deinceps apponerem, tum ut auctorum ordinem aliquem ad temporum rationem adhiberem, sub finem autem libelli recensum auctorum cum eorum locis alphabeticum adjicerem. Qua in re quas molestias devoraverim, multis declarare nihil attinet; admiratusque sum subinde ferreum et indomitum studium, quod olim in fragmentis his colligendis collocavit vir doctissimus meique amantissimus, cui cum literæ tam multa alia debeant, tum

merita ejus de Pindaro non ultimo loco sunt habenda. Ad plurima enim, Platonis inprimis, Platonicorumque philosophorum et sophistarum, tum vero et aliorum scriptorum, quos manu terimus, loca orationisque ornamenta et lumina intelligenda, antiquiorum lyricorum, maxime Pindari, versus e naufragio servatos tenere utilissimum est; ut de usu eorum critico in locis sanandis taceam. Bona itaque cum venia viri doctissimi, in hoc industriæ ejus incredibilis monumento retractando mihi licere putavi id, quod majorem utilitatis fructum habere videbatur; quandoquidem multis exemplis et argumentis perspectum satis habeo, in iis, quæ susceperit, non inanis eum alicujus gloriolæ vanitatem sectari, sed utilitatibus literarum communibus consultum esse velle: quæ una ac vera est via, qua ad gratam ac duraturam tui apud posteros memoriam aspirare possis.

Ut tamen integra maneat gratia operæ viri doctissimi, hoc monitum esse volo, ei maxime ea, quæ hic vides, etsi aliter distributa et descripta, deberi; adjecta modo a me esse pauca: primo locorum interpretationes Latine factas; quia, si semel aliorum usibus hæc inservire volumus, postulari nequit, ut primo statim occursu talia cuique plana et aperta sint; tum suppleta loca nonnulla, quæ virum doctum fugerant; apposita alia, quæ modo judicio, modo conjectura niterentur; atque hæc, si qua in ipsa contexti serie inserta sunt, parenthesis signo distincta, aut, nomine ejus ceteris ascripto, singulis sunt locis subjecta, ita ut facile possint discerni. Excussi etiam iterum loca auctorum et sustuli numerorum sphalmata aliave, quæ correctione egebant; et apposui numeros paginarum ed. Schneid.

Cum metrorum Pindaricorum curam omnino in se recepisset doctissimus HERMANNUS, rogatu meo fragmentorum potiorum metra illa constituere et emendare haud recusavit. Debetur itaque ei, quicquid hac ex parte bonæ frugis Pindaricis fragmentis accessit.

# ΤΑ ΕΠΙΝΙΚΙΑ.

IN HIS

## I. ΙΣΘΜΙΟΝΙΚΑΙ.

### I.

APOLLONIUS Dyscolus de Syntaxi, lib. ii. p. 158. ed Sylburg. hæc Pindari refert, ubi mentio τοῦ Ἀθαμαντίδα, i. e. Melicertæ, præcesserat: Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Ἰσθμονίκαις Πινδάρου ἐτάραξε τοὺς ὑπομνηματισαμένους·

Αἰολίδαν δὲ Σίσυφον κέκλοντο
ᾧ παιδὶ τηλέφαντον ὄρσαι
γέρας φθιμένῳ Μελικέρτᾳ.

*Sisyphum Æoli filium hortati sunt, ut ejus* (Inus) *filio, mortuo Melicertæ, clarum institueret honorem.* Monet grammaticus veteres Pindari commentatores, qui ᾧ pro ἑαυτοῦ explicabant, dubitasse, cur Melicertam poeta Ἀθαμαντίδαν appellavisset, et mox Sisyphii mentionem fecisset; alios accepisse illud ᾧ adverbialiter, ut verba ᾧ παιδὶ intercluderentur, velut in illo poetæ innominati loco: ᾗτε χειρατὶς γυνά: alios mutasse in οἱ, ut sit dativus pro genitivo Ἰνοῦς, quam antea nominaverat poeta. Addit vero Apollonius: quid obstat, quo minus pronomen ᾧ sit possessivum, et sumatur pro αὐτῆς?—Apparet satis clare, agi hoc loco de institutione ludorum Isthmicorum; quod etiam contendere posse mihi videor de loco Callimachi inedito, quem reperi in Etymologico Gudiano: Οἱ Ἴωπες καὶ τὸ Ἀθάμας κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ α καὶ διπλασιασμῷ τοῦ μ, καὶ τροπῇ τοῦ θ εἰς τ Τάμμας λέγουσι, Τάμμιο θυγατρός. Καλλίμαχος ἐν β' Αἰτίων.

### II.

Apollonius Dyscolus in Excerptis Is. Vossii, pag. 428. (Mait-

taire de Dialectis, ed. Reitz.) ubi de vocula μιν agit: Ἴωνες διὰ τοῦ μ, Δωριεῖς διὰ τοῦ ν. τάσσεται ἐπὶ πλήθους·

ὅσις δὴ τρόπος ἐξεκυλίσθη νιν·

Πίνδαρος Ἰσθμονίκαις. *(Quicunque modus eminvit eum.)* Προσφυεῖτέ νιν ἐπὶ νίκαις· Βακχυλίδης. καὶ πλείονα ἄλλα.

III. (p. 2.)

Eustathius ad Homerum, p. 1715, 63. ed. Rom. ὡς ἐμφαίνει Πίνδαρος ἐν Ἰσθμιονίκαις εἰπὼν τρία κρᾶτα ἤτοι κράατα, scilicet usurpari verbum illud etiam neutro genere.

## II. Ἐπινίκιος εἰς Διαγόραν Ῥόδιον.

Æschines, seu quisquis auctor est putidæ illius epistolæ iv. qua Cleocratis Rhodii liberalitatem in se et humanitatem laudat, hæc habet: τὸ μὲν γὰρ γένος ἐστὶν ἀπάντων ἀνδρῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐν ἀφανεστάτοις, Ἀρίφρονα τὸν ἐκ Δαμαγήτου εἶπου πυνθάνοιο, ὃν καὶ ὁ μέγας αἴρει Πίνδαρος· ἀλλ' ὅπως μὴ γέλωτα ὀφλισκάνῃς ζητῶν, ὅστις ἐστὶν ὁ Πίνδαρος· ταυτὶ μὲν γὰρ οἶμαι, ὅτι καὶ παρὰ Μαντίᾳ τῷ γραμματιστῇ ἅμα ἐμοί ποτε ἔμαθες τὸ γράμμα, καὶ εἰ μηδενὸς ἔτι τῶν παρὰ Μαντίᾳ μνημονεύεις, ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις· —οὗτος δὴ ὁ Πίνδαρος Δαμάγητον ἄγει (f. λέγει) ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἀνατείνει τὰ Κλεοκράτους γένος. Λέγει δέ που ὁ αὐτὸς Πίνδαρος καὶ τὰ περὶ τὰς Διαγορείους, καὶ τὰ περὶ τὴν περισθύτιν, ἧς τὸ μητρῷον αὐτοῦ γένος ἄπτεται· καὶ εἰ μὴ σφόδρα ἤδειν ποιητῶν ὑπέρφρονα ὄντα σε—κἂν ἀποχρῆν ὑπελάμβανόν σε ὑπομνῆσαι μόνον τὰ περὶ τοὺς Διαγορείους ὑπὲρ ἧπερ Πινδάρου· νῦν δὲ οἶδα, ὅτι μάτην σοι ταύτην τὴν λύραν λέξομεν. Δοκεῖ ἔν μοι ἀνάγκην εἶναι διηγήσασθαί σοι τὸ διήγημα τοῦτο· ἄξιον γὰρ ἀκοῦσαι, εἰ καὶ μὴ περσθῆκον Κλεοκράτει. Λέγεται γάρ ποτε γυνὴ περισθύτις Ὀλυμπιάσι παρελθοῦσα εἰς τὸ στάδιον, ἐστάναι τε ἅμα τοῖς ἀνδράσι, καὶ θεάσασθαι τοὺς ἀγωνιζομένους· ἐπιστάντων δὲ αὐτῇ τῶν Ἑλλανοδικῶν, ὅτι ἐτόλμησε παρελθεῖν εἰς τὸ στάδιον, ἀποκρίνασθαι· τίνι γὰρ ἄλλῃ τοῦτο γυναικὶ δέδωκε καυχήσασθαι ἔτως ὁ θεός, ὅτι καὶ πατέρα καὶ τρεῖς ἀδελφεὰς Ὀλυμπιονίκας ἔχοι, καὶ υἱὸν ἐπ' Ὀλύμπιᾳ ἄγοι. Ταύτης ἦν περισθύτιδος, καὶ τούτου τοῦ γένους ἀπόρρωξ ἐστιν ὁ Κλεοκράτης. Finem epistolæ omitto, qui ineptissimas hominis laudes comprehendit. Hinc vero apparet, nisi prorsus omnia in hoc scripto sunt ab homine nugatore conficta, Pindarum præter nobilem illam *odam Olympicam*, quæ legitur hodie ordine *septima*, scripsisse etiam *aliud in Diagoram carmen* ἐπινίκιον, ubi de anu trium victorum sorore memoraverat ea, quæ auctor epistolæ inde refert. Nam in eo carmine, quod hodie legitur, poeta Damageti nisi verbo non meminit, cui tamen mentioni vix convenit Æschinis illud ἄγει, αἴρει. Scriptum vero fuisse carmen hoc a Pindaro plus quam quinquagenario suspicari licet ex Olymp. vii. quæ ad Olympiadem 79. refertur. Præterea eandem narrationem (Schol. Pindari ad Ol. vii. pr. et) cum Pindari auctoritate refert Tzetzes Chil. i. 593. sq. quem quidem locum erroris suspectum habebam, antequam epistolam Æschinis comparassem. Solet

enim insulsus ille homo etiam alibi Pindaro tribuere, quæ in vetustis Poetæ commentatoribus, v. g. de Alcmæone ad Pyth. vii. tradita legerat. Totum Tzetzis locum comparabit, qui nominum varietatem cognoscere voluerit. Satis habeo digito præmonstrare reliqua veterum auctorum loca, quibus inter se collatis clarius de tota Diagoreorum familia, victoriarumque, quas obtinuerunt, numero et historia lectori constare poterit. Adeat igitur Pausaniam, Eliac. i. (lib. v. 6. extr.) p. 389. ad quem conf. notam Valken. ad Theocr. Adoniaz. p. 198. Eliac. ii. (vi. 6 et 7.) p. 465. 468. Messeniaca, (lib. iv. 24.) p. 337. Deinde dignus est, qui contendatur, locus Gellii N. Att. iii. 15. Valerii Maximi viii. 15. Æliani V. H. x. 1. Plinii vii. 41. Davisii ad Ciceronis Disp. Tusc. i. 46. Dorici victoris meminit Thucyd. iii. 8. Gorgon vero ille, ex quo Schelia Pindari narrationem referunt, scripserat de rebus Rhodiis. Laudatur ab Hesychio v. ἐκτελλιαῖος Ἑρμῆς ἐν Ῥόδῳ, ὡς Γόργων ἱστορεῖ. Iterum ἐν τῷ περὶ θυσιῶν voce καταῤῥαπτίτης. Athenæus, p. 697. male habet Γοργὸς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν. SCHN. A Pindaro ipso narrationem de anu sorore perperam repeti equidem censeo. Nihil de ejus fide hac in re habet Schol. vetus Pindari ad Ol. vii. pr. qui primo loco est commemorandus; ex eo aut alio Tzetzes sua duxit.

## III. Ἐπινίκιος εἰς Γλαῦκον Καρύστιον. (p. 4.)

Confisus auctoritate Mos. Solani ad Pindarum refero locum Luciani pro Imag. c. xix. ἀλλὰ πῶς ἐκφήνεις ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον;

οὐδὲ Πολυδευκέος βίαν φήσας ἀνατείναρθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας, οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμάνας τέκος.

ὀρᾷς οἵοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε·—καὶ οὔτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς ἀντεπαραινούμενος, οὔτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητήν, ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ εὐδοκίμουν ἄμφω καὶ ἐτιμῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὁ μὲν ἐπὶ τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος, ὁ δὲ ποιητὴς ἐπί τι τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ῥήματι. Fuit Glaucus iste Carystius, Demyli filius, inter pugiles nobiles; de quo vide Pausan. Eliac. Poster. (vi. 10.) p. 475.

## IV. Ἐπινίκιος εἰς Ἀλέξανδρον Ἀμύντα, τὸν Φιλέλληνα προσαγορευθέντα. (p. 5.)

### I.

Ὀλβίων ὁμώνυμε Δαρδανιδᾶν,
παῖ θρασύμηδες Ἀμύντα.

*O tu, qui nomen habes commune cum beato Trojano, Amynta animosa progenies.*—Locum hunc habet Scholiastes Pindari ad Nem. vii. 1. (ubi excusat homonymiæ usum in laudibus apud Pindarum; uti in his vss. Alexander Maced. rex comparatur cum Alexandro, Paride dicto.) et Dio Chrysostomus Or. ii. de Regno, p. 25. ubi de Alexandro Magno ait: ἐτιμήσθη τοῦδε Πινδάρου, διά τι τὴν λιμπρότητα τῆς φύσιως, καὶ ὅτι τὸν πρόγονον αὐτοῦ ὁμώνυμον ἐπῄνεσεν Ἀλέξανδρον τὸν Φιλέλληνα ἐπαληθέντα, ποιήσας εἰς αὐτὸν ὀλίγων ἐπῴνυμι Δαρδανιδᾶν. Ex Dione sua sine dubio hausit Tzetzes Chiliad. vii. 413. Nec omittendus locus Solini est, qui, c. 14. hæc de Alexandro Amyntæ filio habet: *Voluptati aurium indulgentissime deditus; sicut plurimos, qui fidibus sciebant, dum vivit, in usum oblectamenti donis tenuit liberalibus, inter quos et Pindarum lyricum.* Rationes autem, quibus adductus locum hunc priorem cum sequenti ad victoriam Alexandri Philellenis Olympicam referre malo, satis explicuisse mihi videor in libro Germanice scripto, *de vita et scriptis Pindari*, sect. ii. p. 35. (scil. quia Alexandrum Olympiæ certasse constat,) unde simul constare potest, lectionem ὁμώνυμε (ap. Dionem l. c.) alteri (ἐπώνυμε) præferendam esse.

## II.

Πρέπει δ' ἐσλοῖσιν, ὑμνεῖσθαι
καλλίσταις ἀοιδαῖς.
τοῦτο γὰρ ἀθανάτοις
τιμαῖσι ποτιψαύει
μόνον ῥηθέν.
θνάσκει δ' ἐπίλασθὲν καλὸν ἔργον.

*Digna res est viris bonis, celebrari pulcherrimis carminibus. Hoc enim solum, quod* carmine *pronuntiatum est, immortalibus honoribus proxime accedit. Contra vero factum præclarum interit oblivioni traditum* (h. e. carmine haud commendatum).—Addit Dionysius Halicarnassensis, ex quo fragmentum hoc refero, (de Demosthene: tom. ii. p. 292. l. 11—13.) Πίνδαρος τοῦτο ποιήσειεν εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα, περὶ τὰ μέλη καὶ τοὺς ῥυθμοὺς μᾶλλον ἢ περὶ τὴν λέξιν ἰσπουδακώς. Posui vero totum locum, prouti a Barnesio nescio quam recte distinctus est, nisi quod vetustam lectionem ῥηθὲν, cui ille ῥηθῆναι nullo sensu substituerat, reliqui, et Sylburgianum ἐσλοῖσιν pro vulgato ὅλοισιν, cum altera ejusdem viri docti emendatione, qua ἐπιταθὲν in ἐπιλασθὲν mutavit, audacter recepi. Nescio quid Barnesium adduxerit, ut ἐπιλαθὲν in σιγαθὲν mutaret, nec intelligo, quod in versione Latine posuit: *Tantum dicier: hic est:* quo scilicet Græcum suum μόνον ῥηθῆναι reddere conatus est. Schn.

**Ultimorum versuum metrum sic restituit Hermannus:**

τοῦτο γὰρ ἀθανάτοις τι-
μαῖς ποτιψαύει μόνον
ῥηθέν. θνάσκει δ' ἐπιλασθὲν καλὸν ἔργον.

## V. Εἰς Ἱέρωνα. (p. 7.)

### I.

**Refert Scholiastes Pindari ad Pyth. ii. 127. Pindarum, cum Hieroni pro mercede carmen laudatorium in victoriam Pythicam (ἐπινίκιον) perfecisset, deinde ἐκ περιττοῦ συγγράψαι αὐτῷ προϊκα ὑπόρχημα, οὗ ἡ ἀρχή· "σύνες ὅ τι λέγω, ζαθέων ἱερῶν ἐπώνυμε." *Percipe, quod dico, nomen a præclaris sacris adepte*: quia Hiero ἀπὸ τοῦ, ἱερόν, dictus. Vocaverat poeta carmen hoc καταύλιον, ut docet Schol. eod. loco: ὃ δὴ καταύλιον εἶπε διὰ τὸ τὴν ἔνοπλον ὄρχησιν κατ' ἰδίους τοὺς Διοσκούρους εὑρεῖν. Adde Schol. ad Nem. vii. 1. ubi initium ipsum integrius exstat: "σύνες ὅ τι λέγω, βαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ, κτίστορ Αἴτνας." Ipe Pindarus eod. loco secundum Pythicum εἶδος appellavit καταύλιον et ὑπορχηματικὸν, quoniam scilicet plurima ejus μέλη saltatione expressa fuerunt. Hinc equidem nullus dubitavi ad idem referre carmen, quæ veteres grammatici loca ἐν Πυθικῇ εἰς Ἱέρωνα ᾠδῇ, vel ὑπορχήματι in Hieronem, vel denique σκολιῷ in Hieronem laudant. Sed totum hunc Pindari locum rectius constituere licet ex Aristophanis Avibus, v. 925. ubi ridiculus dithyramborum poeta carmen ad Pindaricos modos compositum in novam avium civitatem effundit:**

Ἀλλά τις ὠκεῖα Μουσάων φάτις,
οἷάπερ ἵππων ἀμαρυγά.
σὺ δ', ὦ πάτερ, κτίστορ Αἴτνας,
ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε,
δὸς ἐμὶν, ὅ τι περ
τεᾷ κεφαλᾷ θέλῃς
πρόφρων δόμεν ἐμὶν, τεῖν·

**ad quæ Comici verba hæc in Scholiis leguntur: ἐκ τῶν Πινδάρου Ὑπορχημάτων·**

Ξύνες ὅ τι λέγω,
ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε
πάτερ, κτίστορ Αἴτνας.

**ἐπειδὴ ὁ Ἱέρων ἔκτισεν αὐτήν. Porro ad versum 931. ἰμὶν, τὶν legitur**

hæc veteris grammatici annotatio: χλευάζει τῶν διθυραμβοποιῶν τὸν συνεχῆ (iv) τοῖς τοιούτοις ὁρισμοῖς, καὶ μάλιστα τὸν Πίνδαρον συνεχῶς λέγοντας ἐν ταῖς αἰτήσεσι τὸ ἐμίν. Totus vero Aristophanis locus mihi videtur expressus esse ex Pindari carminibus, quorum unum saltem fragmentum ex ipso carminis in Hieronem initio decerptum jam certissime tenemus. De reliquis verbis nihil constituere licet. Sed prosequamur ulterius vestigia carminis Aristophanei, quæ nos statim ad plurium Pindaricorum fragmentorum cubile perducent. Pergit igitur Comicus v. 937.

Τόδε μὲν οὐκ ἀέκυσα φίλα
Μοῦσα τόδε δῶρον δέχεται·
τὸ δὲ τεᾷ φρενὶ μάθε
Πινδάρειον ἔπος.

Tum vero addit versu 942.

Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἁλᾶται Στράτων,
ὃς ὑφαντοδίνητον ἔσθος οὐ ϖέπαται·
ἀκλεὴς δ' ἔβα σκολιᾶς ἄνευ χιτῶνος·
ξύνες ὅ τι λέγω. 5

Ad quæ verba Scholiastes: καὶ ταῦτα παρὰ τὰ ἐκ Πινδάρου· ἔχει δὲ ὧδε·

Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἁλᾶται Στράτων,
ὃς ἁμαξηφόρητον οἶκον οὐ ϖέπαται.
ἀκλεὴς δ' ἔβα.

Λαβὼν δὲ ἡμιόνους παρὰ Ἱέρωνος ἦτει αὐτὸν καὶ ἁρμάτιον. Ita enim Scholiastæ verba restituit Bergler us, Germanici nominis decus, cum antea legebatur: ἔβα τῶνδε λαβὼν ἡμιόνους παρ' Ἱέρωνος καὶ ἤτει αὐτὸν καὶ Ἁρμώδιον. Obiter moneo, Suidam in loco Aristophaneo legisse olim ὑφαντοδόνητον, quod Kusterus rejicit; ego vero ob metrum præferendum censeo; respondet enim Pindarico ἁμαξοφόρητον οἶκον, i. e. currum, cui domus ad veterum Scytharum morem inædificata est. (Recepit quoque Brunck. adstipulante codice; et ἁμαξοφόρητον esse legendum etiam Hermann. monuit.) Apparet igitur, Pindarum his verborum involucris preces parum modestas texisse, quibus ab Hierone, post acceptos ab eo mulos, currum etiam petebat, eumque Siculum, qui tum in magna artis laude erant, ut ex sequenti fragmento constat. Priorem Pindari locum refert præterea Strabo vi. p. 412. ubi de nova Ætna: ταύτην δὲ καὶ Πίνδαρος κτίσμα λέγει αὐτὸν, ὅταν φῇ·

Ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε
πάτερ, κτίσορ Αἴτνας·

ubi Casaubonus monet, in codicibus legi: ξύνις τοι λέγω ζαθέων, quod quo pertineret, vir summus tum temporis ignorasse videtur. Ad voces ξύνις ὅ τι λέγω alludit Gregorius Nazianz. Epist. ii. tom. i. p. 768. σύνις ὅ τι λέγω, φησὶ Πίνδαρος, καὶ εὕρῃς τὴν ἐμὴν ἀφωνίαν ἐμοὶ τῆς σῆς ἀγλωττίας. Schn.

Ambiguum est, τὸ ὑποχηματικὸν et καταρτιον sitne unum idemque; tum, fueritne hoc aliud carmen quam ipsum illud, quod Pyth. ii. est. Ex Scholio ad Pyth. ii. 127. quod conflatum est e pluribus Scholiis, utrumque firmes. Videtur tamen satis constare illud, carmen εἰς Ἴέρωνα esse inter ὑποχηματικὰ referendum, de quibus infra. An vere Pindarus preces istas parum modestas fecerit, dubito; et refero ad jocos scurriles Comici: exemplo aliorum in Pindaro in hunc sensum acceptorum, per commenta grammaticorum. Illa ξύνις ὅ τι λέγω frequentantur a multis, et jam a Platone in Menone, p. 76. D. (tom. iv. p. 340.)

## II. (p. 9.)

Ἀπὸ Ταϋγέτου μὲν Λάκαιναν
ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέχειν ὠκυπινώτατον ἕρπετόν·
Σκυρίας δ' ἐς ἄμελξιν γάλακτος
αἶγας ἐξοχωτάτους·
ὅπλα δ' ἀπ' Ἄργεος· ἅρμα
Θηβαίων ἀπὸ γᾶς ἀγλαοκάρπου·
Σικελίας δ' ὄχημα δαίδαλον ματεύειν.

*E Taygeto Lacedæmoniam canem pernicissimum animans; ad mulgendum lac Scyrias capras præstantissimas (ἐξοχωτάτας); scuta autem Argiva; currum Thebarum ex agro fertilissimo; rhedam arte factam e Sicilia petito.* (Scripserat Pindarus ἀγλαοκάρπου.) Refert Athenæus, i. p. 28. A. hoc fragmentum ex Pindari τῇ εἰς Ἴέρωνα Πυθικῇ ᾠδῇ. Sed idem videtur esse carmen cum eo, quod alibi Scolii nomine appellat, ut mox videbimus.— De capris Scyriis v. Athen. xii. p. 540. D. Respicit hunc Pindari locum Zenobius Prov. ii. 18. in Αἰξ Σκυρία—ἄλλοι δέ φασιν, ἐπὶ τῶν ὀνησιφόρων λέγεσθαι, διὰ τὸ πολὺ γάλα φέρειν τὰς Σκυρίας αἶγας. μέμνηται Πίνδαρος καὶ Ἀλκαῖος. Critias apud Athen. l. c. laudat ὄχον Σικελικὸν, et Θηβαῖον ἁρματόεντα δίφρον. Conf. Pollux, x. 26. x. 11. Interpp. Hesychii ad voces ὄχος Ἀκισταῖος. Denique fragmentum hocce nostrum ex Athenæo transtulit Eustathius ad Homer. p. 1822. l. 5. Schn. Priores duo versus distribuendos

sic esse, ut factum est, docuit Hermannus; monuit quoque δαίδαλον esse legendum pro δαιδαλίου.

III. (p. 10.)

Μηδὲ ἀμαυροῦ τέρψιν ἐν βίῳ· πολύ τοι
φέρτιστον ἀνδρὶ τερπνὸς αἰών.

*Ne tu obscura oblectationem in vita; longe præstantissima res est homini jucunda vita.*—Habet hunc locum Athenæus, xii. p. 512. D. Πίνδαρος παραινῶν Ἱέρωνι τῷ Συρακουσίων ἄρχοντί φησι— Schn. Versus constituit Hermann. Scripsi ἀμαυρῷ pro ἀμαύρῳ. Non enim memini dictum ἀμαύρομαι.

IV.

Athenæus, xiv. p. 635. B. D. Ἀριστόξενος δὲ τὴν μάγαδιν καὶ τὴν πηκτίδα χωρὶς πλήκτρου διὰ ψαλμῶν παρίχισθαι τὴν χρείαν διότιερ καὶ Πίνδαρον εἰρηκέναι ἐν τῷ πρὸς Ἱέρωνα σκολιῷ, τὴν μάγαδιν ὀνομάσαντα ψαλμὸν ἀντίφθογγον διὰ τὸ δύο γενῶν ἅμα καὶ διὰ πασῶν ἔχειν τὴν συνῳδίαν ἀνδρῶν τε καὶ παιδῶν—ἀγνοεῖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος, ὅτι ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγαδις, σαφῶς Πινδάρου λέγοντος τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον αὐρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον·

Τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' ὁ Λέσβιος εὗρε
πρῶτος ἐν δείπνοισι Λύδιον,
ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψη-
λᾶς ἀκούων πηκτίδος.

Vocem Λύδιον esse corruptam, quilibet animadvertit. Vide igitur an Λυδῶν vel Λυδίας sensum adjuvet. Nescio an huc etiam referendus sit locus Plutarchi de Musica, p. 1140. F. εἰ δὲ, καθάπερ Πίνδαρός φησι, καὶ τῶν σκολίων μελῶν Τέρπανδρος εὑρετὴς ἦν, etc. De quo loco vide quæ disputavit van Goens Obs. Misc. p. 23. Schn. Versus constituit Hermann. et reposuit Λυδῶν pro Λύδιον.

V.

Ex eodem carmine in Hieronem desumptus esse videtur locus apud Strabonem, xiii. p. 930. A.

Κείνῳ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος
ἀμφίκειται·—

καὶ πάλιν·

Ἀλλ' οἷος ἄπλατον κεράϊζες θεῶν
Τυφῶνα πεντηκοντακέφαλον ἀνάγκᾳ, Ζεῦ πάτερ
ἐν Ἀρίμοις ποτέ·

Hunc vero eundem locum, prouti scilicet integer in ipso carmine prostabat olim, respiciebat Julianus in epistola xxiv. quam doctam magis, an ineptam dicam, nescio, p. 395. καὶ μὴν καὶ Πίνδαρος ὁ Θηβαῖος τὴν ἀναίρεσιν τῶ Τυφωέος ἐν Ἐπινικίοις κηρύττων, καὶ τῶ μεγίστω τούτω γίγαντος κράτος τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν θεῶν περιτιθείς, ὡχ ἑτέρωθεν αὐτῷ τῆς εὐφημίας κρατύνει τὴν ὑπερβολὴν, ἢ ὅτι τὸν γίγαντα τὸν ἑκατοντακέφαλον ἐπὶ βλήματι καθελεῖν ἤρκεσεν· ὡς οὐδέ τινος ἄλλω εἰς χεῖρα τοῦ Διὸς ἐλθεῖν ἀντιμάχω γίγαντος νομισθέντος, ἢ ὃν ἡ μήτηρ μόνον τῶν ἄλλων ἑκατὸν κεφαλαῖς ὥπλισεν, οὐδὲ ἑτέρῳ τινὸς θεῶν ἢ μόνῳ Διὸς ἀξιοπιστότερα πρὸς ταύτην τοσούτου γίγαντος καθαίρεσιν ὄντος. Cum igitur apud Julianum et in reliquis etiam locis, ubi Typhonis meminit Pindarus, centum hujus terræ filii posuerit capita, facile patet, in Strabone numerum in voce πεντηκοντακέφαλον esse corrigendum. Schn. Versus distributi ab Herman. quem etiam consentire vidi in lectione κερᾴζες pro κεραίζει.

## ΣΚΟΛΙΑ.

### I. Σκόλιον παρὰ τὴν θυσίαν Ξενοφῶντος Κορινθίᾳ ᾄσθέν. (p. 11.)

Athenæus, xiii. p. 573. C. E. Νόμιμόν ἐστιν ἀρχαῖον ἐν Κορίνθῳ, ὡς καὶ Χαμαιλέων ἱστορεῖ ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Πινδάρου, ὅταν ἡ πόλις εὔχηται περὶ μεγάλων τῇ Ἀφροδίτῃ, συμπαραλαμβάνεσθαι πρὸς τὴν ἱκετείαν τὰς ἑταίρας ὡς πλείστας, καὶ ταύτας προσεύχεσθαι τῇ θεῷ, καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς παρεῖναι· καὶ ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν στρατείαν ἦγεν ὁ Πέρσης, ὡς καὶ Θεόπομπος ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος (conf. Schol. Pindari ad Ol. xiii. 32.) ἐν τῇ ἑβδόμῃ, αἱ Κορίνθιαι ἑταῖραι πῶξαντο ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας, εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐλθοῦσαι ναὸν—καὶ οἱ ἰδιῶται δὲ κατεύχονται τῇ θεῷ, τιλισθέντων περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τὴν δέησιν, ἀπάξειν αὐτῇ ταύτας ἑταίρας. Ὑπαρχόντος οὖν τοιούτου νομίμου περὶ τὴν θεὸν, Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος ἐξιὼν εἰς Ὀλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας πῶξατο τῇ θεῷ νικήσας. Πίνδαρος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν εἰς αὐτὸν ἐγκώμιον, οὗ ἡ ἀρχή· "Τρισολυμπιονίκαν ἑταιρίων οἶκον" (Ol. xiii.) ὕστερον δὲ καὶ Σκόλιον τὸ παρὰ τὴν θυσίαν ᾠσθὲν, ἐν ᾧ τὴν αἰρχὴν εὐθέως ποιοῦνται πρὸς τὰς ἑταίρας, αἱ παραγενομένῳ τῷ Ξενοφῶντος καὶ θύοντος τῇ Ἀφροδίτῃ συνέθυσαν· διόπερ ἔφη·

Ὦ Κύπρου δέσποινα,
τεὸν δεῦτε ἐς ἄλσος.
Φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον
Ξενοφῶν τελείαις ἐπήγαγεν εὐχωλαῖς ἰανθείς.

*(O Cypri regina, tuum ades in nemus; compascuarum puellarum*

*gregem numerosum Xenophon adduxit latus ad vota perveniendi.* Scrib. ἰπάγαγεν: et mox, v. 4. ἄμμιν.) ἤρξανο δ' ὕτως τᾶ μέλος·

Πολύξενοι νεανίδες, ἀμφίπολοι
Πειθοῦς ἐν ἀφνειᾷ Κορίνθῳ,
διά τε τὰς χεῖρας λιβάνω ξανθὰ δάκρυά τε
ἡμῖν πολλάκις ματέρας ἐρώτων
οὐρανίαν ἱπτάμεναι νοήματι,
πωτητὰν Ἀφροδίταν ὑμῖν ἄνωθεν ἀπαγορίας
ἔπορεν· ὦ παῖδες
ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακώρας
ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι
σὺν δὲ ἀνάγκαι καὶ καλόν·

(Advocari puellas ad sacrum faciendum apparet; verba corrupta sunt.) ἀρξάμενός θ' ὕτως, ἐφεξῆς φησιν·

Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέξοντι
ὁμοῦ δεσπόται, τοιάνδε
μελίφρονα ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου,
ξυναόρον ξυναῖς γυναιξί.

*(At miror simul, quid Corinthii de me dicent, tale dulce Scolii exordium succinens puellis meretricibus commento.)* δῆλον γάρ ὅτι πρὸς τὰς ἑταίρας διαλεγόμενος ἡγωνία, ποιόν τι φαινήσεται τοῖς Κορινθίοις τὸ ποίημα· πιστεύων δὲ ὡς ἔοικεν αὐτὸς ἑαυτῷ, ἀπεφήνατο εὐθέως·

Ἐδοκίμασεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ.

*(Aurum exploravimus pura probatione:* lapide Lydio, qui purum aurum declarat, h. e. Corinthii puellarum laudes admiserunt.) Solus hic ingenii, quod sentio quam sit exiguum, discrimen subire cogor, cum viri summi, Isaaci Casauboni, solertia lectorem in locis difficillimis destituat. Versu tamen secundo recte vir magnus emendandum monuit δεῦτ' ἰς: sed quod idem voluit, κορᾶν ἰς ἀγίλαν, ut jungantur ἅλσος et ἑκατόγγυιον, quoniam Græcum vix videtur, approbare nulla ratione possum. Connectenda potius sunt ἀγίλαν κορᾶν ἑκατόγγυιον, quibus verbis poeta numerum puellarum Veneri consecratarum a victore Xenophonte designare voluisse videtur; igitur distinctio post ἅλσος tollenda est; secundus enim versus cum tertio et quarto sensu continuatur. Versu 8. Casaubonus malebat: ἐρατειναῖς ὥρας μαλθακώτερα, vel ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακώτερον ἀπὸ καρπὸν, etc. Equidem faciliore sensu legerim: ὦ παῖδες, ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακὸν ὥρας ἀπὸ

μᾶρτὸν δρέπεσθαι σύν τι ἀνάγκᾳ καὶ καλόν. Quibus quidem verbis poeta vitæ genus excusare videtur velle, cui puellæ servitio Veneris adstrictæ obsequebantur. Versu 12. Casaubonus legendum conjicit Ἰσθμοῦ διατόραι. Corinthios hoc loco intelligi ipse Athenæus docuit. Pro vulgato κιθάρᾳ idem vir doctus καθαρᾷ, et paulo antea λίξοντι pro λίξαντι restituit; reliqua verba utpote corruptissima, meliorum librorum ope felicioribus ingeniis sapienda deposuit Casaubonus, cujus ego exemplum tutissime sequar. Non obscurum quidem est verba λιβάνῳ ξανθὰ δάκρυα referri ad sacrificium, cum thus in ara adoletur; sed verbum, quo adolitio significetur, nullum apparet in corruptela. Si ματέρας in ματέρος mutaveris, tum vero sequenti versu etiam ἐρανίας et ἁπτόμεναι νοήματι restituendum videtur. Verbum ἀπαγορίας forte ex ἀπ' ἀπορίας ἵπορεν corruptum fuit. Vide etiam an ad investigandam lectionis veritatem aliquid profici possit ex annotatione Photii in Lexico inedito, qui de voce λίβανος monet: Λίβανον τὸ δένδρον θηλυκῶς Πίνδαρος. SCHN.

Verss. 3. seqq. refinxit Jacobs Animadverss. pag. 135. hunc in modum:

σάζετ' ἐσχάραις λιβάνῳ ξανθὰ δάκρυα
τιμάν τε μακίσταν ματέρι Ἐρώτων
οὐρανίῳ νηφάμεναι νάματι
ποτάγετ' Ἀφροδίτᾳ, ἃ γ' ὑμῖν ἄνωθεν
ἀγλαΐαν ὥρας ἔπορεν.

Vs. 7. forte locum habet: ὦ παῖδες, ἑρατειναῖς ἰύναις μαλθακὸν ὥρας ἀπὸ καιρὸν δρέπεσθαι νῦν γ' ἀνάγκα καὶ καλόν: ad usum Veneris festo die ut excitet juvenes seu puellas.

Herman. sic constituit:

*STROPHA.*

Πολύξενοι νεάνιδες
Πειθοῦς ἐν ἀφνειᾷ Κορίνθῳ,
διαπετάσατε χεῖρας λιβάνῳ ξανθὰ δάκρυά τε.
ἦ μὴν πολλάκις ματέρες ἐρώτων,
ἐρανίαν πτάμεναι νοήματι
ποτὰν Ἀφροδίταν,
ὑμῖν ἄνωθεν εὐ-
αγορίας ἔπορον *.
ὦ παῖδες ἑρατειναῖς

* Meretrices, inquit, consiliatrices amorum, eo, quod sæpe jam precibus suis Venerem exorarunt, effecere, ut bene audiatis. *Herm.* annon v. 7. ἡμῖν?

εὐναῖς μαλθακὸν ὥρας ἀπὸ καρ-
πὸν δρέπεσθαι σύν γ' ἀνάγκᾳ καὶ καλόν.
ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέ-
ξοντι Ἰσθμοῦ δεσπόται, τοι-
άνδε μελίφρονα ἀρχὰν
εὑρόμενον σκολίου, ξυν-
άορον ξυναῖς γυναιξίν.

*ANTISTROPHA.*

Διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ.

* * *

*EPODUS.*

Ὦ Κύπρου δέσποινα, τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος
Φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν
τελείαις ἐπήγαγεν εὐχωλαῖς ἰανθείς.

## II. Σκόλιον εἰς Θεόξενον Ἀγησιλάου Τενέδιον, Πινδάρου παιδικά. (p. 14.)

Athenæus xiii. p. 601. C. D. καὶ Πίνδαρος δ' οὐ μετρίως ὢν ἐρωτικὸς φησιν·

εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι,

καὶ, κατὰ καιρὸν,

μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε, θυμὲ, πρᾶξιν.

*Utinam contingat amare et amori gratificari. Nec tu, ô anime mi, rei studio tenearis ab ætatis gradu alienæ.* (Reddidi ultima, ut sententia forte ferebat; verum quid sit πρεσβυτέρα ἀριθμοῦ πρᾶξις, non intelligo. κατὰ καιρὸν aliena esse videntur; ex seqq. nata; καὶ autem ab Athenæo esse, non a poeta.)—μνησθεὶς δὲ καὶ τῆς Τενεδίου Θεοξένου ὁ Πίνδαρος, ὃς ἦν αὐτῷ ἐρώμενος, τί φησι;

Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι,
θυμὲ, ξὺν ἡλικίᾳ·
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας ὅσσων μαρμαριζούσας
δρακεὶς ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται,
ἐξ ἀδάμαντος ἠὲ σιδάρου κεχάλκευται
μέλαιναν καρδίαν ψυχρᾷ φλογὶ,

πρός τ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεὶς ἑλικοβλεφάρου,
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως,
ἢ γυναικείῳ θράσει ψυχὰν
φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.
ἀλλ' ἔγωγ' ἕκατι τᾶς κηρὸς ὡς
δαχθεὶς ἐλεκρὰν μέλισσαν
τήκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων
νεόγυιον ἐς ἥβην·
ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ
Πειθώ τε ναίει καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου.

*Oportuit quidem, cum opportunum erat et ætas ferebat, amores decerpere. Attamen Theoxeni fulgores oculorum radiantes qui aspexit, et cupiditate non agitatur, ex adamante aut ferro fabricatus est præcordiis atris gelida flamma, et a Venere arcuatis ciliis formosa nullo honore habitus aut opibus parandis violenter laborem impendit, aut matronali protervia animus ejus obnoxius per omnes vias rapitur. At ego tabesco, cum intueor puerorum pubescentem ætatem. In Tenedo vero Pitho et Gratia habitat cum filio Agesilai.* (Verti ac si esset σὺν υἱῷ Ἀγησιλάου. Dorice sunt quoque scribenda v. 2. ξὺν ἀλικίᾳ, et v. 14. ἥβαν. v. 6. ψυχρὰν Villebr. In v. 11. ἕκατι τᾶς desidero Ἀφροδίτας, *Veneris numine*, aut simile quid.) Iterum hic Casaub. spem nostram plane destituit; quare solus ingenium in fragmento corruptissimo restituendo experiri cogor, quod jam olim feceram in libro *de vita et scriptis Pindari*, p. 46. Prima statim verba respicit Athenæus, xiii. p. 561. B. καὶ κατὰ τὸν Πίνδαρον δὲ ἄλλος τις ἔφη· εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι. Versus 3, 4, 5. habet Athenæus, p. 564. D. E. ἀκτῖνας ὄσσων, quod h. l. admisi; nam eo loco, quem statim initio indicavimus, (p. 601.) exstat ἀκτῖνας προσώπου. Versu 5. Athenæus altero loco habet ἡ σιδάρου. Versu 6. ibidem est ψυχὰν pro καρδίαν, male, ut paulo post ex Plutarcho apparebit. Versu 12. Dalecampius emendabat μελικρᾶς vel μελικηρᾶς μελίσσας. H. Stephanus legit ἑλκηρᾶν (?) μελισσᾶν Aliam viam tentavit Soping ad Hesychii ὠδάξει. Equidem jam olim legendum censueram: ἀλλ' ἔγωγ' ἕκατι Κύπριδος καρὸς ὡς μελιχρᾶν μελισσᾶν τάκομαι. Apte comparaveris locum Alcmanis ap. Athen. p. 600. F. ἔρως με δ' αὖτι Κύπριδος ἕκατι γλυκὺς κατείβων καρδίαν λαίνει. De quo vide etiam summi Hemsterhusii notam ad Hesychii λαίνεσθαι. (Jacobs Animadverss. p. 189. conj. vs. 11. Ἀλλ' ἔγωγ', ἐπ' ἀκτῖνας κηρὸς ὡς Ἰανθὶς μελιχρᾶν μελισσᾶν, τάκομαι.)— Duo postremos versus omiserunt H. Stephanus et Er. Schmidius, quos tamen ego pertinere ad ipsum Scolium persuasissimum mihi habeo. Quo modo Dalecampius verba ea verterit, memorare

indignum est. Clarum vero est exinde, fuisse illum Theoxenum Tenedium Agesilai filium, forte etiam necessitate aliqua conjunctum cum Aristagora Tenedio, cui Pindarus pulcherrimum illud ὕδος ultimum inscripsit, quod immerito hodie inter Nemeaeas odas legitur. De ipso Theoxeno quæ dici h. l. poterant, jam olim occupavi *de vita et scriptis Pindari*, p. 45—50. Præterea Scolion hoc respiciebat Plutarchus de sera num. vind. p. 558. A. (p. 55.) egerat de honore Pindari posteris habito in Theoxeniis, τίς δὲ οὐκ ἂν, εἶπεν, ἡσθείη τῇ χάριτι τῆς τιμῆς, ὅτως ἑλληνικῶς καὶ ἀφελῶς ἀρχαΐζούσης; εἰ μὴ μέλαιναν καρδίαν κεχάλκευται ψυχρῷ φλογὶ, κατ' αὐτὸν τὸν Πίνδαρον. Ubi præstantissimus Wyttenb. monuit, eodem respicere Plutarchum Compar. Stoic. et Poet. p. 1057. D. de Cæneo. (v. Fr. inc. e Sch. Apoll. i. 61.) et de util. ex inimic. cap. p. 91. A. κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν. Laudavit etiam Wyttenbach locum Onosandri Stratag. xlii. p. 124. αὐτὸς ἦν ὁ στρατηγὸς ὅσως φήσει τις ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδήρου κεχάλκευται. Ipsum carminis initium ita olim conjungendum ex laceris Athenæi verbis censueram:

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι,
καὶ κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι ἄνθη ξὺν ἁλικίᾳ.
μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμῷ δίωκε θυμὲ πρᾶξιν·
τὰς δὲ Θεοξένοιο ἀκτῖνας——Schn.

Restituit nunc numeris suis Carmen Hermann.

εἴη μὲν ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι.
μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμῷ δίωκε πρᾶξιν.
χρὴν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι,
θυμὲ, σὺν ἡλικίᾳ.
τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας ὅσσων
μαρμαριζούσας δρακεὶς, ὃς
μὴ πόθῳ κυμαίνεται,
ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδά-
ρου κεχάλκευται μέλαιναν
καρδίαν ψυχρᾷ φλογὶ,
πρός τ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεὶς ἑλικοβλεφάρου
ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως,
ἢ γυναικείῳ θράσει ψυχὰν φορεῖται
πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.
ἀλλ' ἔγωγ' ἕκατι τᾶς

κηρὸς ὡς δαχθεὶς μελικρατῶν μέλισσᾶν
τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω
παιδῶν νεόγυιον ἐς ἥβαν.
ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πει-
θώ τε ναίει καὶ Χάρις
υἱὸν παρ' Ἀγησιλάᾳ.

III. Σκόλιον πρὸς Θρασύβυλον Ξενοκράτους Ἀκραγαντῖνον. (p. 16.)

Ὦ Θρασύβυλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτο πέμπω μεταδόρπιον·
ἐν ξυνῷ κεν εἴη συμπόταισί τε
γλυκερὸν, καὶ Διωνύσοιό τε καρπῷ
καὶ κυλίκεσσιν Ἀθηναιεῦσι κέντρον.

*O Thrasybule, suavium ferculum carminum hocce mitto mensis secundis; in communi sit convivis et Bacchi fructui poculisque Atticis suavis stimulus:* qui ad hilaritatem excitet.—Athen. xi. p. 480. C. τῶν Ἀττικῶν κυλίκων μνημονεύει Πίνδαρος ἐν τοῖσδε· ὦ Θρ. Vix dubitari posse videtur, ad hunc locum respexisse Suidam, cum in voce Ἀθηναῖος auctoritate Pindari ἐν σχολαῖς, ut vulgo legebatur, seu ἐν Σκολίοις, ut recte Kusterus emendavit, docere vellet, Ἀθηναῖος dici etiam interdum pro Ἀττικός, quod grammaticorum filii recte fieri negabant, ut videre licet ex Falconerio ad Inscr. Athlet. p. 2343. Thesauri Gronov. Rationem ex Megaclide repetit cum Suida Eustathius ad Homer. (p. 84. l. 11.) tom. i. p. 169. edit. Politi. Videtur ergo in superiori Pindari loco Ἀθηναίοισι κέντρον legendum esse. De Thrasybulo Xenocratis Agrigentini filio satis constat ex Pyth. vi. et Isthm. ii. quæ ad eundem missæ fuerunt. Confer ibi doctas venerandi præceptoris mei annotationes. Schn. Ipsa carminis verba ducere videntur eo, ut illud non tam Scolion illud sit, quam ut Scolio pro comite datum credas. Metrum Herman. sic constituit:

ὦ Θρασύβυλ', ἐρατᾶν ὄχημ' ἀοιδᾶν
τοῦτο πέμπω μεταδόρπιον. ἐν ξυνῷ κεν εἴη
συμπόταισίν τε γλυκερὸν,
καὶ Διωνύσοιο καρπῷ
καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίοισι κέντρον.

## IV. Ἄλλο. (p. 17.)

Athen. x. p. 427. E. τὰ Σκόλια καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἁλῷη (τῆς τῇ κοττάβῳ μιήμης) ἐφ' ὧν λέγω δὲ οἷον καὶ Πίνδαρος ἐποίησε·

— χάριτάς τε ἀφροδισίων ἐρώτων,
σὺν χειμάρῳ μεθύων·
Ἀγάθωνι δὲ καλῷ κότταβον.

Casaubonus malebat ἐπικαλῶ vel τῷ καλῷ. Ultimum fere probaverim; sed vel sic sensus interruptus hæret. An fortasse in χειμάρῳ latet σύν θ' ἱμέρῳ? Sed hoc hariolari est. (*Capra apposita.* Et scrib. χάριτάς τ' ἀφρ. Etiam inter Scolia refertur ab Athenæo, xv. p. 694. D. quod in Partheniis habetur inf. p. 29. Ἰὼ Πάν, Ἀρκαδίας—)

## ΠΑΡΘΕΝΙΑ.

De charactere horum carminum præclarus est locus Dionysii Halic. de Demosth. tom. ii. p. 304. ed. Huds. ubi de ἁρμονίᾳ αὐστηρᾷ καὶ ἀρχαίᾳ ait; παραδείγματα δὲ αὐτῆς ποιητῶν μὲν καὶ μελοποιῶν ἥ τε Αἰσχύλου λέξις ὀλίγου δεῖν πᾶσα, καὶ ἡ Πινδάρου, χωρὶς ὅτι μὴ τὰ Παρθένεια, καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοια· κἀν τούτοις ἐνίοτε καὶ σεμνότης ἁρμονίας τὸν ἀρχαῖον φυλάττουσα τρόπον. Plutarchus de Musica, p. 1136. E. tradit Pindarum, Simonidem, Bacchylidem multa Παρθένια Δώρια *(Dorica harmonia)* composuisse; abstinuisse vero Pindarum χρώματι *(chromatico genere)* in cantu, ibidem, p. 1137. F. monet. De natura hujus carminis pauca tradita in veterum grammaticorum libris reperiuntur, unde parum perspicitur. Fateor igitur, parum me hic videre, sed in lectoris tamen gratiam ponam præcipua loca, quæ ad eam rem spectant. Aristoph. Av. 920. μέλη ποικίλα—κύκλιά τε πολλὰ, καὶ Παρθενεῖα (ita ibi scribitur) καὶ κατὰ τὰ Σιμωνίδου: ubi Schol. Παρθενεῖα, ἀντὶ τοῦ, ἃ αἱ παρθένοι ᾖδον. Alius grammaticus ad eum locum: προκεκριμένως δὲ τὸ ὄνομα τὰ Παρθενεῖα· ἔστι δὲ τὰ εἰς παρθένους ᾀδόμενα. Proclus in Chrestomathia: τὰ δὲ λεγόμενα Παρθένια χοροῖς παρθένων ἐνεγράφετο. Sunt porro in genere Διαφθοριχῶν, si eidem Proclo credimus, et iidem τρόποι cum [illegible]ολικοῖς, ut legitur apud Athen. xiv. p. 631. D.

Mirabar quid [illegible]velint illa Schol. Pindari ad Pyth iii. 139. ubi Pindarum laudat ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθένων· "ὦ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων," ἕως τοῦ, "Ματρὸς μεγάλας ὄπαδε, σεμνῶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν:" ubi Παρθενίων scribendum esse patet ex Schol. Theocriti, ii. 10. Πίνδαρός φησιν ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθένων (ubi Vatic. 5. παρθενίων)

ὅτι τῶν ἱραγῶν οἱ μὲν ἄνδρις εὔχονται τὸν ἥλιον, αἱ δὲ γυναῖκες σιλήνην: ubi Vatic. 5. παρθενίων τοι τῶν ἱραγῶν—εὔχονται εἶναι καὶ ἥλιον: quæ equidem non satis intelligo; nisi huc trahere velis locum Hesychii in ἱρασία αἶξ, ubi est: ὅτι κατ' ἐνίους ἡ Σιλήνη τῇ αἰγὶ ἐπευχεῖται· ταύτῃ δὲ τὰ γύναια εὔχηται διὰ τὸ καὶ αὐτὴν ἐπὶ τῷ Ἐνδυμίωνι τὰ αὐτὰ παθεῖν· ὅθεν καὶ εὐκταίαν φασὶν αὐτὴν (τὴν αἶγα) εἶναι. In his igitur Pindari Partheniis laudabant alicubi virgines Panem, unde Scholiastes sua duxit. Sed de eo loco statim postea dicemus. Huc refero etiam quæ tradit Schol. Theocr. i. 1. μελίσδεται] μέλη γὰρ τὰς ᾠδὰς ἔλεγον· ὡς καὶ Πίνδαρος (f. παρὰ) τὸν Πᾶνα φάσκων

τὸ σαυτῦ μέλος γλάζεις

ταυτίζει, ἑαυτῷ ᾠδὴν ᾄδεις: ubi Vatic. 2. σαύτα (f. σαυτὸν). Verbum γλάζειν defendit D. Ruhnken. ex Hesychii γλάζει, κέκραγε. Idem Schol. ad Idyll. v. 14. Πὰν ἄκτιος] τινὲς δὲ τὸν Ἀπόλλωνά φασι τὸν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἱδρυμένον· φησὶ δὲ καὶ Πίνδαρος τῶν ἀλσίων αὐτὸν φροντίζων (Apollinem an Panem?) Primum horum carminum (τῶν Παρθενίων) laudat Schol. Aristoph. ad Acharn. 720. ἀγοράζειν ἐν ἀγορᾷ διατρίβειν ἀττικῶς· ὅθεν καὶ ἡ Κόρινα ἐν τῷ Πινδάρου ἀττικιεῖ· ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Παρθενίων ἐχρήσατο τῇ λέξει: ubi esse legendum: ὅθεν καὶ ἡ Κόρινα, ἔτι δὲ ὁ Πίνδαρος ἀττικίζει, vidit Pierson ad Mœrin, p. 70.

Sed redeo ad locum de Pane, de quo in his iisdem Partheniis, nisi fallor, cecinerat Pindarus, quæ refert Aristoteles Rhetor. ii. 24.

ὦ μάκαρ, ὅντε μεγάλας θεῦ κύνα παντοδαπὸν καλέουσιν Ὀλύμπιοι.

etiam quæ laudat tanquam Pindarica Aristides, tom. i. p. 29. de sociis Bacchi: διδάσει δ' αὐτῷ καὶ τὸν Πᾶνα

χορευτὴν τελεώτατον θεῶν

ὄντα, ὡς Πίνδαρός τε ὑμνεῖ, καὶ οἱ κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς κατίμαθον. Jam vero rem miram audi, studiosis Pindari gratissimam futuram. Illud enim in Panem carmen ex Partheniis servavit ex parte Athenæus, qui nullo discrimine nec auctoris nomine annotato posuit in Scoliorum numero etiam hocce xv. p. 694. D.

Ἰὼ Πάν, Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς,
Ὀρχηστά, βρομίαις ὀπαδὲ νύμφαις γελασίαις.
Ἰὼ Πάν, ἐπ' ἐμαῖς εὐφροσύναις ταῖσδ' ἀοιδαῖς
ἄειδε κεχαρημένος·
ἐνικήσαμεν γὰρ
ὡς ἐβουλόμεθα, καὶ νίκαν ἔδοσαν οἱ θεοὶ,
φέροντες παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλαν Ἀθήναν.

(Ultima haud dubie diversa; etsi et a Brunckio junctim edita sunt, tom. 1. p. 156. qui et contendebat Scolion hoc esse, nec aliud carmen esse posse; contra quem disputat vir doctus in Nov. Biblioth. philol. 1778. P. iv. p. 67.)—Suspicor totum carmen scriptum esse in laudem Panis, quo duce Athenienses nobilem illam pugnam Marathoniam vicerunt; sed verbis ipsis manum abstinere præstat, in quibus corrigendis sine bonorum librorum auxilio vix aliquid tentari posse videtur. Plura enim verba exciderunt, quibuscum conjuncta hærebant fragmina illa, quæ Scholiastes Pindari conservavit. Sensum verborum illorum. Χαρίτων μίλημα præclare explicuit Hemsterh. ad Luciani tom. i. p. 272. Reliqua de Pane, quæ scire ad sensum carminis adjuvandum interest, dabit d'Arnaud de Diis παρέδροις, p. 205. Initium tentavit doctiss. Valckenar. ad Euripid. Phœniss. p. 80. cui videbatur legendum: ἀναδὴ Νύμφαις σαῖς, γηλάσιμας, i. e. *adsis nobis hilaris*. Sed de hac viri maximi conjectura judicium penes eruditum lectorem esto! Schn.

Κιχρησμίνα illa videntur esse selecta carmina ex aliorum numero: quæcunque tandem illa fuerint. Metrum autem fragmenti ita constituit Herman. de metris, p. 414.

ὦ Πὰν, Ἀρκαδίας μέδων κλεεννᾶς,
ὀρχησὰ, βρομίαις ὄπαδε Νύμφαις,
γελάσειας, ὦ Πὰν, ἐπ' ἐμαῖς
εὐφροσύναις ἀοιδαῖς κεχαρημένος.

Aliud Scolion:

ἐνικήσαμεν, ὡς ἐβουλόμεσθα,
καὶ νίκην ἔδοσαν θεοὶ, φέροντες
παρὰ Πανδρόσου ὡς φίλην Ἀθήναν.

(νίκαν—ὡς φίλαν Ἀθάναν. *Ad Minervam in Pandrosi ædem.*)

## ΘΡΗΝΟΙ. (p. 20.)

Pindarum et hoc carminis genus attigisse cum multis veterum testimoniis constat, quibus addere licet obscurum Georgii Galesiotæ locum in Monodia in Theodorum Callistum Xanthopulum apud Allatium de Simeonum Scriptis, p. 210. tum inprimis clarum est ex iis locis, quos inde decerptos quidam veterum scriptorum conservarunt. Sed a natura nactus erat ingenium ad genus istud molle et flebile non satis aptum, nec potuit aspi-

rare ad laudes Simonidis, qui in modis næniæ exprimendis omnium reliquorum poetarum conatus superavit, ut monet intelligentissimus rerum poeticarum judex Dionysius Halicarn. tom. ii. p. 128. cujus loco jam olim usus sum in libro *de vita et scriptis Pindari*, p. 47. Antea vero quam ipsa næniarum fragmenta aggrediar, lectorem meminisse velim, temere ea omnia ad unum carminis titulum referri, cum ignoremus et numerum carminum et nomina amicorum, in quem quodque a Poeta scriptum fuit. De Hippocrate tamen constat testimonio Schol. Pindari ad Pyth. vii. 18. ejus memoriam a Pindaro nænia celebratam fuisse. Ita enim ille: ἔοικε δὲ τὸ περὶ τὴν τοῦ Ἱπποκράτους τελευτὴν περὶ τούτου τοῦ καιροῦ ἀπαντηκέναι, εἰς ὃν καὶ Θρῆνον γράφει Πίνδαρος. Ἦν δὲ Ἱπποκράτης συγγενὴς τοῦ νικηφόρου—scilicet Megaclis Atheniensis, in cujus laudem scripta est Pyth. vii. Pertinet autem illa Megaclis victoria ad Pythiadem lxxviii. ut tradit Scholiastes, cujus tamen locum corruptum esse certis argumentis docuit Corsini Fast. Attic. ii. p. 60. qui pro ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην substituere jussit: ἑκοστὴν ὀγδόην, i. e. Olymp. lxxvi. Fuit Hippocrates ille Zenodici filius, una cum fratre Capy a Therone fugati, ut tradit Hippostratus apud Schol. Pindari, Pyth. vi. pr. Zenodicus vero et Emmenides Telemacho patre nati fuerunt. De Hippocrate alia multa tradit Timæus apud Schol. Pind. ad Nem. ix. 95. Cf. Corsini l. c.

## I. (p. 21.)

*Plutarchus* Consol. ad Apollon. p. 120. C. λέγεται δὲ ὑπὸ μὲν τοῦ μελικοῦ Πινδάρου ταυτὶ περὶ τῶν εὐσεβῶν ἐν ᾅδου·

Τοῖσι λάμπει μένος ἀελίου
τὰν ἐνδάδε νύκτα κάτω·
φοινικορόδιαί τε λειμῶνες
εἰσὶ προάστειον αὐτῶν·
καὶ λιβάνῳ σκιερὸν
καὶ χρυσοκάρποισι βέβριθε.
καὶ τοὶ μὲν ἱππείοις γυμνασίοις,
τοὶ δὲ ποσσοῖς, τοὶ δὲ φορμίγγεσσι τέρπονται·
παρὰ δὲ σφισιν εὐανθὴς
ἅπας τέθηλεν ἄλβος.
ὀδμὰ δ' ἐρατὸν
κατὰ χῶρον κίδναται ἀεί,
θύματα μιγνύντων πυρὶ τηλεφανεῖ
παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμαῖς.

*Fulget illis jubar Solis, per noctem quæ hic nobis est; et pura pureis rosis nitentia prata sunt suburbium eorum; et thuriferis aureosque fructus ferentibus arboribus opacum gravatur solum. Et alii quidem curulibus gymnicisque certaminibus, alii calculis, alii fidibus se oblectant; et juxta floret ipsis omnis læta copia; odor autem suavem per regionem semper spargitur, miscentibus illis igni late splendente omnigenos odores in deorum aris.* (Versibus 5, 6. nondum satis confido.)—Versu 5. σκιερὸν pro vulgato σκιερὰν a Xylandro recepit etiam H. Stephanus in Fragm. Pind. Σκιαρὸν laudat ex h. l. Wyttenb. ad Plutarch. de ser. num. vind. p. 114. Ineptum μὲν antea μίαν ejiciendum esse vidit etiam Reiske Anim. vol. ii. p. 167. Idem vir doctus (bene) conjicit πλατάνῳ—βεβριθὲς, vel πλατάνῳ σκιερᾷ. Versu 7. legebatur olim ἵππους, quod Xylander et H. Steph. correxerunt. Apud Wyttenb. ἱππείας exstare video. Reiske malebat: τοὶ μὲν ἵππους, τοὶ δὲ γυμνασίους. Pro τίρψονται ex codicibus recepimus τίρπονται. Porro ἱερατῶν, quod in Plutarcho legebatur olim, emendarunt Xylander et Steph. Eundem vero hunc locum partim auctiorem profert Plutarchus de dicto λάθε βιώσας, p. 1130. C. καὶ τοι τῆς γε δόξης καὶ τῷ εἶναι φύσιν (?) εὐσεβῶν χῶρον, τοῖσι λάμπει μένος ἀελίῳ τὰν ἐνθένδε νύκτα κάτω φοινικορόδοις ἐν λειμώνεσσι, καὶ τοῖσιν ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν καὶ σκιωδίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς ἀναπέπταται τὸ πεδίον, καὶ ποταμοί τινες ἄκλαυστοι καὶ λεῖοι διαρρέουσι, καὶ διατριβὰς ἔχουσιν ἐν μνήμαις καὶ λόγοις τῶν γεγονότων καὶ ὄντων, παραπέμποντες αὐτοὺς καὶ συνόντες· ἡ δὲ τρίτη τῶν ἀνοσίων βεβιωκότων καὶ παρανόμως ὁδὸς ἴσω εἰς ἴριδός τι καὶ βάραθρον ὠθοῦσα τὰς ψυχὰς, ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοὶ, δεχόμενοι καὶ ἀποκρύπτοντες ἀγνοίᾳ καὶ λήθῃ τοὺς κολαζομένους. Ubi nihil varietatis e Codd. annotatum legitur, nisi quod ibi ἄκλυστοι exstare dicitur, quod tamen probare nolim cum Reiskio, p. 623. Sententiam totius loci tenemus, sed verba Lyrici Plutarcheis intermixta distinguere, vel corrupta emendare difficile est, præsertim cum Plutarchus ubique in veterum scriptorum locis commemorandis memoria confisus fuerit. Quæ sint δένδρα σκύθια, nescio; forte σκιερὰ legendum, et χρυσοκάρπων pro τοῖσιν ἀκάρπων. Reiske, p. 623. tentabat: τοῖσι καρπῶν μελανοπώρων καὶ σκιερῶν δένδρων: vel τοῖσιν εὐκάρπων μελανοπώρων. In ultimis *Plutarchi* verbis agnosces Pindari ῥῆσιν, quam habet etiam de audiendis Poetis, (p. 17. C.) 12. ed. Krebs. καὶ ὅτι Ὅμηρος ὅτι Πίνδαρος ὅτι Σοφοκλῆς πεπεισμένοι ἔχειν ταῦτα ὕτως ἔγραψαν· ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί. *Ubi immensas struc-*

*sunt tenebrae validi caliginosae noctis omnes.* Huc etiam refero Etymologici M. locum, p. 200, 13. βληχρὸν τὸ ἀσθενὲς παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἀλκαίῳ καὶ ἄλλοις. Πίνδαρος δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτὸ λέγει. Eadem habet Suidas h. v. Alcæi locus, quem grammatici respexisse videntur, exstat apud Eustath. ad Homer. p. 705. βληχρῶν ἀνέμων ἀχλύμαντοι πνοαί. Præterea de voce βληχρὸς et ἀβληχρὸς vide quæ disputavit Valken. ad Theocrit. p. 218. Schn.

Constituit metrum Hermann.

Τοῖσι λάμπει μὲν μάνος ἀελίω ——

Deinde:

χρυσοπάρποισιν βέβριθε.
καὶ τοὶ μὲν ἵπποις γυμνασίοις τε,
τοὶ δὲ πεσσοῖς, τοὶ δὲ φορμίγ-
γεσσι τέρπονται. παρὰ δὲ σφισιν εὐαν-
θὴς ἅπας τέθηλεν ὄλβος.
ὀδμὰ δ' ἐρατὸν κατὰ χῶρον κίδναται αἰεὶ,
θύματα, etc.

Tum in sequentibus:

ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί.

## II. (p. 23.)

Pergit Plutarchus loco supra memorato, p. 120. καὶ μικρὸν προιλθὼν ἐν ἄλλῳ Θρήνῳ περὶ ψυχῆς λέγων φησί·

Ὀλβία δ' ἅπαντες αἴσᾳ
λυσίπονον τελευτάν. καὶ
σῶμα μὲν πάντων ἕπεται
θανάτῳ περισθενεῖ, ζῶν
δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον·
τὰ γὰρ μόνον ἐσὶν ἐκ θεῶν·
εὕδει δὲ πρασσόντων μελέων,
ἀτὰρ εὐδόντεσσιν ἐν πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρπουσαν
χαλεπῶν τε κρίσιν.

*Beata illi omnes sorte morte placida exspirant. Corpus quidem omnium morti validæ obnoxium est, at viva superstes est vitæ*

*imago: ea enim sola est divina, et dormit laborantibus membris, at dormientibus in multis somniis monstrat imminens judicium jucundorum et malorum:* h. quo læta et tristia infliguntur.— Eundem locum repetit in Vita Romuli, (p. 35. F.) tom. i. p. 75. edit. Bryan. ἰατέον ὧν ἐχομένους τῆς ἀσφαλείας κατὰ Πίνδαρον, ὡς σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζωὸν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γὰρ μόνον ἐστὶν ἐκ θεῶν· ἥκει γὰρ ἐκεῖθεν, ἐκεῖ δ' ἄγεισιν, ὑ μετὰ σώματος, ἀλλ' ἰὰν ὅτι μάλιστα σώματος ἀπαλλαγῇ. Xylander malebat: ὀλβία ἀπάντεσσ' αἶσα λυσίπονος τελευτά (vel, ut Wyttenb. λυσιπόνου τελευτᾶς. Jacobs Animadvv. p. 194. ὀλβίᾳ δ' ἀπαντῶσ' αἶσα λυσίπονον τελευτὰν μίτα). Reiske tentabat: ὀλβία δ' ἅπαντες αἶσα λυσίπονον εὕροντο τελευταὶ— ζῶν δὲ λείπεται δ' αἰῶνος εἴδωλον—εἰδέτι μὲν κρυσσόντων μελέων. In ipso verborum Plutarchi initio non video, qui sensus inesse possit, nisi ἐν τῷ αὐτῷ θρήνῳ legamus. Præterea huc esse referendum facile patet locum Aristidis in Or. fun. Alexandri, tom. 1. p. 88. αἱ δὲ ἀληθεῖς οἱ Πινδάρου καὶ Πλάτωνος καὶ πάντος τοῦ περὶ Πυθαγόραν φροντιστηρίου, καὶ διατριβαὶ ποιαί εἰσι τῶν ἐν ᾅδου, εἴ που νῦν πάντων τε χορὸς ἴσασθαι εἰκὸς περὶ ἐκεῖνον, etc. Schn.

Constituit et emendavit metrum Herman.

Ὀλβία δ' ἅπαντες αἶσα
λυσίπονον . . . . . τελευτάν.
καὶ σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζῶον δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον· τὸ γὰρ μόνον ἐστὶν ἐκ θεῶν.
εὖ δὲ βρασσόνων μελέων ἄτερ εὐδόντεσσιν ἐν πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρπουσαν χαλεπῶν τε κρίσιν.

Αἰών, inquit, medullam hic significat (v. inf. Hyporchem. iii.). Vivum, etiam post mortem, simulacrum, ait, medulla caret: (ea sunt Homeri νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα:) divina enim natura est. Idque simulacrum, anima eorum, quum dormiunt graviorum liberati membrorum molestia, jucundi et injucundi, quod iis evenire possit, ostendit discrimina. κρίσιν ἰφέρπουσαν τερπνῶν χαλεπῶν τε dixit pro: τερπνῶν χαλεπῶν τε ἰφερπόντων κρίσιν. Herm.

## III. (p. 24.)

Ad Pindarum auctorem referunt H. Stephanus et Erasmus Schmid locum Clementis Strom. iv. p. 640. l. 22. ἄγαμαι τὸν μελοποιὸν ᾄδοντα·

Ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπαράνιοι γαίας
ναιτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις ὑπὸ
ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν·
εὐσεβῶν δ' ἐπουράνιοι νάσται
μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδσ' ἐν ὕμνοις.

*Animæ impiorum sub cælo in terra vagantur in doloribus cruentis sub jugo inevitabili malorum: Piorum autem animæ in cælo habitantes cantibus numen magnum celebrant hymnis.* Versus duo extremos recitat quoque Theodoret. Serm. viii. p. 599. C. tom. iv. Opp. Constituit fragmentum Hermannus:

Ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπαράνιοι γαίας
ναιτῶνται ἐν ἄλγεσιν,
φονίοις ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοισιν κακῶν·
εὐσεβέων δ' ἐπαράνιοι ναίοισι, μολπαῖς
μάκαρα μέγαν ἀείδοισ' ἐν ὕμνοις.

## IV.

Vix dubitari posse videtur, ex Threnis sumpta esse, quæ *Plato* in Menone, tom. ii. p. 81. B. ex Pindaro refert: λέγω δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν ὅσοι θεῖοί εἰσιν· ἃ δὲ λέγουσι, ταυτί ἐστι· φασὶ γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον, καὶ τοτὲ μὲν τελευτᾷν (ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσι) τοτὲ δὲ πάλιν γίγνεσθαι, ἀπόλλυσθαι δ' οὐδέ ποτε· δεῖν δὴ διὰ ταῦτα ὡς ὁσιώτατα διαβιῶναι τὸν βίον·

Οἵσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποιναὰν
παλαιοῦ πένθεος δέξηται,
εἰς τὸν ὕπερθεν ἅλιον κείνων
ἐνάτῳ ἔτει ἀναδιδοῖ ψυχὰν πάλιν.
ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ καὶ σθένει κραιπνοὶ,
σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται·
ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες
ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται.

Ubi Ald. et Basil. editio conjunctim habent πάλιν ἐκτᾶν. Ficinus ἐς' ἂν legisse videtur. Stobæus, qui h. l. exscripsit Serm. cxli. Wech. p. 432. ἐκ τῶν habet, et δίξηται, quod pro vulg. δέξηται recepimus. Quæ vero hic de sensu totius fragmenti, et de universa Pindari philosophia disputari poterant, jam olim occupata fuerunt in libro *de vita et scr. Pindari*, p. 51—60. Schn. ὅσι pro ποτ' ἂν.

Metrum constituit Hermann.

οἵσι γὰρ ἂν
Φερσεφόνα ποινὰν παλαιᾶ πένθεος
δέξεται, ἐς τὸν ὕπερθεν
ἄλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτει
ἀνδιδοῖ ψυχὰν πάλιν.
ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ,
καὶ σθένει κραιπνοὶ, σοφίᾳ τε μέγιστοι
ἄνδρες αὔξοντ'· ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον
ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται.

## V. (p. 25.)

In Stobæi Serm. ccxlix. de felicitate, p. 821. ed. Wechel. Cl. Gesn. ex Threnis habetur hoc:

Εὐδαίμων δραπέτας οὐκ ἔστιν ὄλβιος.

(vert. Gesn. *Beatorum felicitas non est fugitiva.*) Versio Latina faciliorem lectionem εὐδαιμόνων — ὄλβος sequitur, quam probo. Schn. Scilicet versus hi sunt:

εὐδαιμόνων
δραπέτας οὐκ ἔστιν ὄλβος.

## VI.

Schol. Pindari ad Olymp. i. 127. ex Threnis laudat: (correcta ab Hermanno)

Πέφνε δὲ τρεῖς καὶ δέκ' ἄνδρας,
τετράτῳ δ' αὐτὸς πεδάθη.

Sermo est de Œnomao et Pelope. Hinc facile sententia fragmenti perspicitur.

(Forte ad Threnos spectat locus ap. Platon. de Rep. i. p. 330. E. 331. A. inf. Fragm. Incert. e Platone.)

## ΥΠΟΡΧΗΜΑΤΑ. (p. 26.)

Hoc genus carminis Pindarus primus excoluisse, quin adeo invenisse dicitur apud Clementem Stromat. i. p. 365. l. 5. Athe-

nasus, i. p. 15. D. E. præterea Xenodemum in hujus laudis societatem admittit, ubi ait: ὑποσημαίνεται δὲ ἐν τούτοις ὁ ὑπορχηματικὸς τρόπος, ὃς ἤνθησεν ἐπὶ Ξενοδήμου καὶ Πινδάρου, καί ἐστιν ἡ τοιαύτη ὄρχησις μίμησις τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἐρμηνευομένων πραγμάτων. Plura de natura hujus carminis infra dicentur N. vi. Schn. Ex Menandro rhetore de Encomiis ed. ab Heeren, p. 27. apparet, in Apollinis maxime honorem hoc carmen scriptum esse; nam ubi de hymnorum generibus: τοὺς μὲν γὰρ εἰς Ἀπόλλωνα Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα νομίζομεν.

## I.

Auctor Epistolæ inter Socraticas, p. 5. καὶ τὸν Πίνδαρον ἡγούμενον εἰς τοῦτο σοφὸν εἶναι, ὅς φησιν·

Θεῶ δὲ δείξαντος ἀρχὰν ἕκαστον ἓν πρᾶγος,
εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ἐλεῖν, τελευταί τε
καλλίονες.

Σχεδὸν γὰρ ὅτου καὶ αὐτῷ ἴχνη τὸ Ὑπόρχημα: ubi voces ἕκαστον ἓν πρᾶγος aliunde assutæ esse videntur ab auctore epistolæ, vel imperito potius librario. Sensum enim perturbant, et omittuntur etiam ab Aristide in Panegyr. Cyzic. tom. i. p. 236. ἀλλ' ὥσπερ ἔφη Πίνδαρος

Θεῶ δείξαντος ἀρχὰν,

εὐθὺς δὴ τὸ κωλύον. Idem c. criminantes, tom. ii. p. 416. Θεῶ δέ φησι Πίνδαρος δείξαντος ἀρχὰν, εὐθεῖα δὴ κέλευθος εὑρεῖν τὸ προκείμενον: ubi recte liber Baroccianus ἰέναι præfert. Schn.

Constituti versus ab Hermanno:

Θεῶ δὲ δείξαντος ἀρχὰν
ἕκαστον ἐν πρᾶγος,
εὐθεῖα δὴ κέλευθος ἀρετὰν ἐλεῖν,
τελευταί τε καλλίονες.

ut sit ἐν πρᾶγος, pro ἐν πράγματι.

## II.

Stobæus Serm. clxvii. p. 571. ed. Wechel. ex *Hyporchematibus* Pindari profert:

Γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπείροισιν· ἐμπείρων δέ τις
ταρβεῖ προσιόντα νιν καρδία περισσῶς.

Hinc Eustathius ad Hom. p. 841. 32. γλυκὺς ἀπείρων πόλεμος, πεπειραμένων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα. Cujus lectio in πεπειραμένων preferenda videtur. Schn. Et Schol. Ven. A. B. ad Iliad. λ'. 227. φιλοπόλιμοι γὰρ οἱ νέοι. ὡς καὶ Πίνδαρος· "γλυκὺς ἀπείρων πόλεμος. ἐμπείρων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα μιν." Metrum ab Hermanno sic habe:

γλυκὺ δὲ πόλεμος ἀπεί-
ροισι· πεπειραμένων δέ τις
ταρβεῖ προσιόντα νιν
καρδίᾳ περισσῶς.

## III. (p. 27.)

Erotianus Glossar. Hippocrat. voce αἰών· ὁ νεανίας μυελός.— καὶ Πίνδαρος ἐν Ὑποχήμασι λέγων·

ἐνέπισε κεκραμένα ἐν αἵματι· πολλὰ δὲ ἕλκεα πλευρὰς
ἔμβαλεν ὦμον τραχὺ ῥόπαλον· τέλος δ' ἀείρας πρὸς
σιβαρὰς ἐσπάραξε πλευρὰς, αἰὼν δὲ δι' ὀστέων ἐρράισθη.

Eustachius in editione sua rarissima, p. 19. H. habet hæc Latina: *Cecidere sanguine mixta. Multa autem ulcera intulit costis, et præduro humero; denique extollens duras costas abscidit*, etc. Nihil ad hunc locum emendandum proficimus ex collatione codicis Dorvilliani in Obs. Misc. Nov. tom. ix. p. 1003. posita. Vulcanius in notis Mtis ap. Heringam Obs. crit. p. 116. legebat: ἐνέπτυσι, deinde ἔμβαλε νωμῶν τραχὺ ῥόπαλον. Ipse Heringa malebat, reliqua tamen Vulcanii emendatione admissa, legere: ἐξέπτυσε κεκραμένα ἐν αἵματι: deinde priore πλευρὰς ejecto metrum ita constituendum censebat:

Ἐξέπτυσε κεκραμέν' αἵματι· πολλὰ δ'
ἕλκε' ἔμβαλε, νωμῶν τρα-
χὺ ῥόπαλον. τέλος δ' ἀείρας
πρὸς σιβαρὰς σπάραξε πλευρὰς, αἰ-
ὼν δὲ δι' ὀστέων ἐρράισθη.

Si, quod sentio, dicendum est, fateor, mihi neutrum virorum horum doctissimorum satisfecisse in Pindari loco difficillimo emendando, ubi desiderari videtur mentio spinæ dorsi, qua quidem ictibus clavæ disrupta, medulla per ossa vertebrarum prorumpebat. Similis plane locus est Sophoclis in Ægeo apud Pollucem, x. 160. (ex Ægeo:—πίσσα σιδηρᾷ· πλευρᾷ καὶ κατὰ ῥάχιν πλίον ἀλοῆσαι.) quocum comparabis Dion. Hal. Ant. i. 39. Schn.

Egit locus forte de Hercule: is quem aggressus erat, *exspuit mista sanguine; multa autem intulerat vulnera dura clava. Tandem ea sublata fortia latera percussit; vita autem per ossa est profligata.* Metrum Hermannus, hiatu relicto vs. i. sic constituit:

Ἐξέπτυσε κεκραμένα ἐν αἵματι.
πολλὰ δ' ἔλκεα πλευραῖς ἔμβαλεν
νωμῶν τραχὺ ῥόπαλον. τέλος δ' ἀείρας
πρὸς πλάγας σπάραξε πλευράς,
αἰὼν δὲ δι' ὀστέων
ἐρράισθη.

## IV.

Athen. xiv. p. 631. C. ἡ δ' ὑπορχηματική ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται· Πίνδαρος δέ φησι·

Λάκαινα μὲν παρθένων ἀγέλα.

ὀρχοῦνται δὲ ταύτην παρὰ τῷ Πινδάρῳ οἱ Λάκωνες.

## V. (p. 28.)

Schol. Theocriti, vii. 103. Ὅμολος δὲ Θετταλίας ὄρος, ὡς Ἔφορος καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμολίων. καὶ Πίνδαρος ἐν τοῖς Ὑπορχήμασιν. Cf. Dorville Obs. Misc. Nov. tom. iii. p. 159.

## VI.

Præclarum locum apud Plutarchum Quæst. Conv. ix. 15. 748. A. B. animi conjectura ductus referendum putabam ad Pindarum auctorem; qua in re si vel maxime opinione mea falsus fuerim, gratum tamen erit lectori fragmentum inprimis utile ad naturam *poeseos hyporchematicæ* cognoscendam paulo emendatius a me hic appositum legere. Sic igitur ille: ὀρχηστικὴ δὲ καὶ ποιητικὴ κοινωνία πᾶσα καὶ μίθεξις ἀλλήλων ἐστὶ, καὶ μάλιστα μιμέμεναι περὶ τὸ τῶν ὑπορχημάτων γένος ἐναργὲς ἀμφότεραι τὴν διὰ τῶν σχημάτων καὶ τῶν ὀνομάτων μίμησιν ἀποτελοῦσι. δόξειε δ' ἄν, ὥσπερ ἐν γραφικῇ, τὰ μὲν ποιήματα ταῖς γραμμαῖς, ὑφ' ὧν ὁρίζεται, τὰ εἴδη (addo ἔμοια εἶναι·) δηλοῖ δὲ, ὃς μάλιστα καταρθοῦσθαι δόξει ἐν ὑπορχήμασι, καὶ γεγονέναι πιθανώτερος ἑαυτῷ, τὸ δεῖσθαι ἑτέραν τῆς ἑτέρας. τὸ γὰρ Θεσσαλὸν ἵππον ἢ κύνα Ἀμυκλαίαν ἀγωνίῳ ἐλελιζόμενος ποδὶ μίμεο, καμπύλον μέλος διώκων, ἢ οἷος ἀνὰ Δώτιον ἀνθεμόεν τε πεδίον πέταται θανάτοιο κῆρας εὑρέμεν μανύων ἐλάφῳ· τὰν δ' ἐπ' αὐχένι πρέφοισαν ἑτέρωθε κάρα πανταῖ ἕτοιμον· καὶ τὰ ἑξῆς μοναχοῦ λέληθε τὴν ἐν ὀρχήσει διά-

θεσιν τὰ ἰσοκῶλα παραλαλεῖν, καὶ τὸ χεῖρι καὶ τὸ σοφῷ, μᾶλλον δὲ ὅλον ὅστις τιοὶ μηρύθους ἔλκειν τὸ σῶμα τοῖς μάλοισι, καὶ ἐντύπτειν, etc. Emendavi quæ potui, partim collatione codicum in fine adjecta adjutus, unde Θεσσαλὸν ἅπτον ex Codice T. V. pro vulgato πολεσσὸν ἅπτον. Porro θανάτοιο κῆρας ex Cod. T. V. pro θάνατον κηρίσασθε recepi. Nam quod ex Cod. T. V. annotatur μίμῳ pro μίμνω, nihili est. Deinde pro γρίφοιαν ἴτιεον scripsi γρίφοισαν ἐτίρωθι καίρια. Denique μόνῳ mutavi in μονοῦ. Reliqua vitia felicioribus ingeniis emaculanda relinquo, quorum judicio mea hæc de auctore fragmenti conjectura vel stabit vel cadet. Schn. Primo loco ad Carmina ὑποχηματικὰ referendum Carmen supra memoratum εἰς Ἱέρωνα, ubi vide. Similia duo hæc genera, Pæanes et Hyporchemata, inter se fuisse, patet e Plutarcho de Musica, p. 1134. loco inf. ad Pæanes memorato.

## ΠΡΟΣΩΔΙΑ.

### I. Εἰς Δῆλον. (p. 29.)

Petierant Cei a poeta, ut iis pæanem concinnaret, qui a theoris Delum missis ad aram Dei caneretur. Affectum carmen demum post cantatam Herodoti Thebani victoriam, quod fecit Isthmica prima, perfecit et absolvit Pindarus, ut habetur in Scholiis ad Isthm. i. Idem argumentum tractaverant olim Eumelus Corinthius, cujus in Delum carmen a Pausania memoratur, et Pronomus Thebanus, qui Chalcidensibus προσῳδίον εἰς Δῆλον conscripsit, ut refert idem Pausanias, ix. 12. p. 734, 5. Ex hoc igitur carmine sine dubio decerpta sunt, quæ profert *Philo* de corrupt. mundi, tom. ii. p. 511. ed. Mang. διὸ καὶ Πίνδαρος ἐπὶ τῆς Δήλου φησίν·

Χαῖρ', ὦ θεοδμάτα, λιπαροπλοκάμῳ
παιδὸς Λατοῦς ἱμεροέστατον ἔρνος,
πόντῳ θυγάτηρ, χθονὸς εὐρείας ἀκίνητον τέρας·
ἄν τε βροτοὶ Δᾶλον κικλήσκουσιν,
μάκαρες δ' ἐν Ὀλύμπῳ τηλέφατον
κυανέας χθονὸς ἄστρον.

*Salve, ô divina, nitide comati Latonæ filii amabilis surcule, maris filia, terræ latæ immotum prodigium; quam mortales Delum appellant, immortales autem in Olympo celeberrimum nigricantis terræ sidus.*—Pro vulgato θεοτίμητα Mangey ex Mtis et Olymp. vi. recte θεοδμάτα restituit. Idem pro κυανέας conji-

cipbat κραναὴς legendum, quod Isthm. i. κραναὰ Δῆλος dicitur. Malo κυανέης πλακὸς, *cæruleæ maris*, cujus quasi sidus est Delus; alludit enim poeta ad vetus insulæ nomen Ἀστερία. Cf. Intt. ad hymn. Callim. in Delum. Schn.

Versum tertium et seqq. Hermannus restituit:

Πόντιε θύγατερ, χθονὸς εὐρεί-
ας ἀκίνητον τέρας·
ἄν τε βροτοὶ Δᾶλον κικλήσκω-
σιν, μάκαρες δ' ἐν Ὀλύμπῳ τηλέφατον
κυανέας χθονὸς ἄστρον.

## II.

Alium nec minus præclarum locum ex hoc carmine servavit Strabo x. p. 742. B. 743. A. ubi de Delo: τετίμηται δὲ ἐκ παλαιοῦ διὰ τὰς θεὰς ἀπὸ τῶν Κρητικῶν χρόνων ἐξαρμίνη (l. ἐξηρμίνη). μυθεύεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ Λητὼ τὰς ὠδῖνας ἀποθέσθαι τῶτε Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος· φησὶ γὰρ ὁ Πίνδαρος·

Ἦν γὰρ τὸ πάροιθε φορητὰ κυμάτεσσι Δᾶλος
πανταδαπῶν τ' ἀνέμων ῥιπαῖσιν·
ἀλλὰ Κοίου γένος ὁπότ' ὀδύναισι θείαις ἐπέβαινεν,
δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ πρέμνων ἀπώρθωσαν
χθονίων, ἀν δ' ἐπὶ κραναῇ σχέθον πέτρᾳ
ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες· ἔνθα τεκοῖσ'
εὐδαίμον' ἐπόψατο γέννᾳν.

*Erat enim antea vaga fluctibus Delos omnigenorumque ventorum procellis; verum postquam Cœi soboles (Latona) sacris doloribus acta eam adiit, tum quatuor recta e radicibus terræ emicuerunt, et in aspera rupe confestim eminuerunt (ἀνίσχιθον, ἀνίσχον, ἐπὶ κραναῇ πίτρᾳ) adamantinæ columnæ: ibi parens beatam vidit sobolem.*—Priora verba habet etiam Schol. ad Odyss. κ'. 3. cujus auctoritate scripsi πάροιθε φορητὰ, cum in Strabone πάροιθεν ἐ φορητὰ legeretur; deinde ex eodem restitui κυμάτεσσι Δᾶλος, cum apud Geographum omisso Deli nomine κύμασί τε editum exstaret. Casaubonus sine ope librorum veterum nihil tentandum sibi putabat; monet tamen in codice omitti verbà ὁ γίνος, ibidemque esse πρεμνῶν. Idem ex corrupto σχιθὸν recte effecit σχίθεν, quam emendationem secutus Barnesius reliqua, ita ut edita jam prostant, feliciter constituit ad Homerum, tom. iii. p. 343. Antea enim in Strabone legebatur: ἀλλὰ καὶ ὁ γίνος * ὁπότ'—ἐβαίνεν * —ἀν * δ' ἐπὶ κραναῇ σχιθὸν. Præterea ingenium in

hoc loco suum experiri voluit etiam Th. Canterus V. L. ii. 22. ubi legebat: ἀλλὰ καὶ ὁ γίνος ὁπότ' ὀδύναισι θείαις ἀγχιτόκοις ἐπιβαίνων. Qua quid emendatione quid proficiatur, non video, nisi forte vir doctissimus vocem ἀγχιτόκοις ex codice aliquo addendam monere voluit. Ultima fragmenti verba respiciebat *Plutarchus* de facie in orbe Lunæ, p. 923. C. τὴν γῆν κατὰ Πίνδαρον ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες περιέχουσι. Scilicet philosophus Chæronensis verba Pindari ad rem suam in alienum sensum detorsit. Facit huc Ibyci locus ap. Schol. Apollonii, iii. 16. Ἴβυκος δὲ ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βασταζόντων κιόνων ῥαδινὰς ἀντὶ τοῦ εὐμεγέθεις λέγει. Denique ad Pindaricum in Delum Pæana spectant etiam verba Senecæ Quæst. Nat. vi. 26. ubi de Delo ait: *Hanc Philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri, auctore Pindaro.* Schn.

Versus sic se habent ex Hermanni judicio:

Ἦν γὰρ τὸ πάροιθε φορητὰ
κυμάτεσσί τε Δᾶλος
παντοδαπῶν τ' ἀνέμων
ῥιπαῖσιν· ἀλλὰ Κοίῳ γένος
ὁπότ' ὀδύναισι θείαις ἐπέβαινεν,
δὴ τότε τέσσαρες ὀρθαὶ
πρέμνων ἀπώρθωσαν χθονίων,
ἀὴν δ' ἐπὶ κραναᾶ σχέθον
πέτρᾳ ἀδαμαντοπέδιλοι
κίονες· ἔνθα τεκοῖ-
σ' εὐδαίμον' ἐπάμψατο γένναν.

## III. Προσῴδιον Δελφοῖς γραφέν. (p. 31.)

Schol. Pindari ad Nem. vii. 94. καθόλου γὰρ ἀπολογεῖσθαι βούλεται περὶ τοῦ Νεοπτολέμου θανάτου πρὸς τοὺς Αἰγινήτας· ἐκεῖνοι γὰρ ἠτιῶντο τὸν Πίνδαρον, ὅτι γράψων Δελφοῖς τὸν Παιᾶνα ἔφη·

Ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον
μοιρίαν περὶ τιμᾶν.

ἀπολωλέναι τὸν Νεοπτόλεμον. Ita enim legendum, non μυρίαν, ut in editis est; (cf. inf. Pæanes, i. sub f.) cum Neoptolemus cum sacrificulis circumstantibus de carnium distributione contenderet, ubi ipse ex sententia Pindari occisus fuit. Rem narrat breviter ipse poeta Nem. vii. ubi multa habet Scholiastes, ex quo totum hujus carminis argumentum conjicere licet. Delphi scilicet indigne tulerunt cædem Neoptolemi, ad ipsam Apollinis Delphici

aram factam. Sepeliverant eum ab initio sub templi limine; postea vero a Menelao intra ipsum templum translatum fuit corpus, ubi ξυνίων, festorum, quibus Apollo quoscunque heroas quasi invitare solebat, præses Neoptolemus erat constitutus, seu, quemadmodum Pindarus ait Nem. vii. 69. θεμίσκοπος ἡρωίαις πομπαῖς πολυθύτοις. Suspicari hinc licet, scriptum hoc, quod tractamus, carmen a Pindaro, ut hac ξυνίων solennitate in laudem cum Apollinis, tum præsertim ipsius Neoptolemi cantaretur. Firmatur aliquantum hæc conjectura ex Scholiis ad Nem. vii. 150. ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἶναι τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφούς, νῦν ὕστερε ἀπολογεῖται αὐτόν. Tempore igitur posterius est hoc Προσῴδιον seu Παιάν, *i. e.* post Olymp. lxxix. scriptum, in quam incidit ex calculo Corsini Dissert. Agon. p. 52. victoria Sogenis a Pindaro Nemeaca vii. cantata. Historiam Neoptolemi, et narrationis de morte ejus varietatem copiose et docte, ut solet, explicuit Bachet de Meziriac *Commentaire sur les Epitres d'Ovide*, tom. ii. p. 306. quem lectores studiosi consulent.

## IV. Προσῴδιον εἰς Ἀφαίαν Αἰγινηταῖς γραφέν. (p. 32.)

*Pausanias* Corinthiacis, (ii. 30.) p. 180. ἐν Αἰγίνᾳ πρὸς τὸ ὄρος τῷ Πανελληνίῳ Διὸς ἐστὶν ἱερὸν Ἀφαίας ἱερόν, εἰς ὃν καὶ Πίνδαρος Αἰγινήταις ᾆσμα ἐποίησεν. De fabula vide omnino Ven. præceptoris Excursum ad Virg. Cirin, tom. iv. p. 137.

## V.

Τί κάλλιον ἀρχομένοισιν,
ἢ καταπαυομένοισιν,
ἢ βαθύζωνόν τε Λατὼ
καὶ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείσαι;

*Quid dulcius est aut incipientibus* canere *aut desinentibus quam canere alte cinctam Latonam et celerum equorum agitatores* (Dioscuros).—Hæc Pindari verba parodia expressit Aristophanes Equit. 1261. ad quem locum Scholiastes: τοῦτο ἀρχὴ προσῳδίου Πινδάρου. ἔχει δὲ ἔτος, etc. Convenit locus Alcmanis ap. Eustath. ad Homerum, p. 1667. Κάστωρ ἀκίων πώλων ἐλατῆρ καὶ Πολύδευκες. Quæ verba sine dubio respexit Schol. Pindari, Pyth. iv. 318. ubi legitur: Κάστωρ τε πώλων ταχίων δμητῆρες ἱππόται σοφοὶ καὶ Πολυδεύκης κυδνός. Voces ἱππόται σοφοὶ deleri jussit Valken. ad Lesbonact. p. 180.

## VI.

*Porphyrius* de Abstin. ab E. A. iii. p. 251. ed. Rhoer. Πίνδαρος δὲ ἐν προσῳδίοις πάντας τοὺς θεοὺς ἐποίησεν, ἀπόντι ὑπὸ Τυφῶνος

ἐδιώκοντο, ὑπ' ἀνθρώπων ὁμοιωθέντας, ἀλλὰ ταῖς ἄλλοις ζώοις. Ubi v. doctiss. Rhoer.

## ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΕΙΣ ΣΑΚΑΔΑΝ.

*Pausanias* Bœoticis, (ix. 30.) p. 768. (Stabat in Helicone Sacadæ tibicinis signum, tibiis corpus fere longitudine æquantibus; non recte accepto Pindari carmine; in quo adeo versus esse debuit de tibiis ejus longis.) ὁ δὲ Σακάδᾳ τῷ Ἀργείῳ τὸν ἀνδριάντα πλάσας, ᾧ συνιεὶς Πινδάρου τὸ εἰς αὐτὸν προοίμιον, ἐποίησεν ᾠδὴν ἐς τὸ μῆκος τῶν σώματος εἶναι τῶν αὐλῶν μείζονα τὸν αὐλητήν. Hoc idem carmen in Sacadam respiciebat *Plutarchus* de Musica, p. 1134. A. γίγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. τούτου καὶ Πίνδαρος μνημονεύει.

## ΥΜΝΟΙ.

### I. Εἰς Ἄμμωνα. (p. 33.)

*Pausanias* Bœoticis, (ix. 16. pr.) p. 741. ὑπὲρ πόρρω δέ ἐστι ναὸς Ἄμμωνος, καὶ τὸ ἄγαλμα αἰνίσσεται μὲν Πίνδαρος, Καλάμιδος δὲ ἔργον ἐστίν. ἀπέστιμψε δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ Λιβύης ἐπ' Ἀμμωνίοις τῷ Ἄμμωνι ὕμνος· ἔστι καὶ εἰς ἰαμὶ ἦν ὁ ὕμνος ἐν τριγώνῳ γήλῳ παρὰ τὸν βωμόν, ὃν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου τῷ Ἄμμωνι ἀνέθηκε. Ubi videtur ὕμνον in singulari legendum esse, ut sensus hujus loci constet. Ex hoc igitur hymno sumptus esse videtur locus, quem ex Pindaro refert Schol. ad Pyth. ix. 89.

Ἄμμων Ὀλύμπιε δέσποτα.

### II. Εἰς Περσεφόνην.

Hanc hymnum poeta post mortem demum, cum anui cuidam in somnis apparuit, dictasse dicitur, ut est apud *Pausaniam* Bœoticis, (ix. 23.) p. 755. qui addit: ἐν τούτῳ τῷ ᾄσματι ἄλλαι τε εἰς τὸν Ἅιδην ἐπικλήσεις εἰσὶ, καὶ ὁ χρυσήνιος· δῆλα ὡς ἐπὶ τῆς Κόρης τῇ ἁρπαγῇ. Eodem epitheto utitur recentissimus, ut equidem censeo, Argonauticorum auctor, quem Orphea vulgo nominant. v. 561.

Ἡ δὲ κατ' ὀρφναίοιο πόλιν χρυσήνιος ἠὼς
ἀντολίας ἤνοιγεν, ἐδέχνυτο δ' ἠρανὸς ὄρθρον.

Ita enim est Cod. Voss. legendum est, ut apparet etiam ex altero loco 364. τῆμος δ' ἱερὸς ὄρθρος ἀπ' Ἰκιανοῖο ῥοάων ἀντολίας ἤνεγκε, ἐπέστετο δ' ἠερίνησα. Quis vero vel leviter veterum poetarum consuetudine pulchrique sensu imbutus persuaderi sibi patietur, tantum dictionis stribligiuem rationumque poeticarum ignorantiam in magnum venerandi *Orphei* vel *Onomacriti* ingenium cadere posse?

## III. Εἰς Ἀπόλλωνα.

*Pausanias* in Bœoticis, ix. 23. p. 754. ὑδαιμῶντα δὲ αὐτὸν ἤδη ἀπὸ πάσαν τὴν Ἑλλάδα ἐς πλέον δόξης ἦρεν ἡ Πυθία ἀνευρᾶσα Δελφοῖς, ἀτόσον ἀπήρχοντο τῷ Ἀπόλλωνι, μοῖραν καὶ Πινδάρῳ τὸν ἴσον ἀπαύστων νόμιον. Idem deinde in Phocicis, x. 24. p. 858. ἀνάκειται δὲ ὁ πρόπυλος τῆς ἐσόδου θρόνος Πινδάρου· σιδήρεος μέν ἐστιν ὁ θρόνος, ἐπὶ δὲ αὐτῷ φασιν, ἐπότε ἀφίκοιτο ἐς Δελφούς, καθίζεσθαί τε τὸν Πίνδαρον καὶ ᾠδὴν ὅτι πλείστα τῶν ᾀσμάτων ἐς Ἀπόλλωνά ἐστιν. Pindari *in Apollinem carmina* memorat obiter *Himerius* in Allocutione ad Julianum edita a Fabricio B. G. tom. ix. p. 426. et in *Biblioth. Uffenbach. Catalogo*, p. 631. (Est in ed. Wernsdorf. Or. iii. in Basilium, pr. p. 428. ἵνα τι κατὰ σὲ πιανύσωμαι, οἷοῖον Σιμωνίδης ἢ Πίνδαρος κατὰ Διονύσου καὶ Ἀπόλλωνος. Iterum Or. xiii. 7.) Eosdem fere honores Argivi olim in Homerum contulerunt, ut tradit ipse Lyricus infra in fragmento cx. Sed de his plura diximus olim in libro *de vita et scriptis Pindari*, p. 32. ubi loca auctorum congessimus plurima, quæ hanc præcipuam laudum vitæ Pindari partem celebrant. Unum tamen hic addam Aristidis locum de inconcinna oratione, tom. ii. p. 379. ubi Simonidem et Pindarum ἐξ ἰδίας se ipsos laudare memorat (h. e. aperte, nec tecte).

## IV. Εἰς Πᾶνα.

(Hymnum in Panem a Pindaro scriptum esse, traditur passim. Ad verba Aristidis in Platon. i. "Miltiadis virtutem non minus "ex eo illustrari, quod Hercules et Pan pugnæ interfuerint, quam "Pindari poeticam commendat τὸ τὸν αὐτὸν τοῦτον θεὸν ὀρχήσασθαί "τι τῶν ᾀσμάτων αὐτῷ.") Scholiastes *Aristidis*, tom. ii. p. 172. τὸ τὸν αὐτὸν θεὸν ὀρχήσασθαί τι τῶν ᾀσμάτων αὐτῷ. λέγεται ὅτι μέλη ποιοῦντος τῷ Πινδάρῳ ποτὲ ἐν Θήβαις, τερφθεὶς ὠρχήσατο ὁ Πάν. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ᾆσμα σκιρτώμενος ὁ Πίνδαρος ἔμελλεν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἰδὼν ὄνειρ τὸν Πᾶνα λέγοντα αὐτῷ τὸ ᾆσμα, καὶ λαβὼν εὐθὺ ἀνίθηκε τῷ θεῷ. Ipse *Aristides*, tom. i. p. 40. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ Πὰν τὸν παιᾶνα ὠρχήσατο, ὡς λόγος. (Libanius Orat. lxiii. tom. iii. ed. R. p. 352. 12. τοσαύτη δὲ ἄρα κοινωνία λόγων καὶ ὀρχήσεως, ὡς ἐκεῖνος μὲν ὁ Πίνδαρος, ὠρχεῖτο δὲ ὁ Πὰν τὸ ᾆσμα.) Cf. *Olearius* ad *Philostrat.* p. 829. Pietatem suam in Panem poeta testatus est

luculento loco Pyth. iii. 139. (ubi pro Hieronis salute Matrem deûm *cum Pane* virgines puellæ celebrant ante poetæ domum,) ubi v. Schol. Gr. et Commentar. Er. Schmid. p. 124. Schn. Licet suspicari, fuisse illud carmen e Partheniis, e quo supra (p. 29.) fragmentum vidimus, in quo Παὶν ὀρχηστὴς celebratur.

## V.

*Primus hymnorum Pindari* memoratur una cum *Hesiodi* Theogonia apud Lucianum, (in Icaromenippo 27.) tom. ii. p. 785. unde tamen de argumento nihil discitur. Verba sunt: ἡ πρώτη ᾠδὴ τῶν ὕμνων τῷ Πινδάρῳ. Igitur alium *Etymologici M.* p. 821. 52. et *Gudiani Mti* locum ad hunc numerum referam, ubi quædam ipsius poetæ verba supersunt. Ita vero ibi legitur in voce ὠμήρηστιν. Πίνδαρος δὲ ἐν ὕμνοις ἐρίφων μεθομήρεσιν· οἷον ἅμα καὶ μετ' αὐτῶν πορευόμενον. Forte emendandum divisis vocibus μεθ' ὁμήρεσιν. Schn. Ut fuerit ὁμήριος pro ὁμήριος, ὅμηρος, *conjunctus, una incedens.*

## VI.

*Aristides*, tom. ii. p. 295. ὁ μὲν οὖν τῶν Πινδάρου διθυράμβων ὅτι χρὴ καταγνῶναι τοιοῦτον, οἷον Πλάτων ἐπῃτιάσατο, ἔγωγ' ἔχω· ὁ μόνον αὐτὸ τοῦτο τοὺς διθυράμβους σκοπῶν, ἀνδριώτερον δύπτιον ἔχοντας καὶ σεμνότερον, ἢ ὡς ἐκεῖνον τῷ δοκεῖν ὑποκρίνεται, ἀλλ' ὅτι κἀν τοῖς ὕμνοις διεξιὼν περὶ τῶν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ συμβαινόντων παθημάτων τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τῆς μεταβολῆς, τὸν Κάδμον φησὶν ἀκοῦσαι τοῦ Ἀπόλλωνος μουσικὰν ὀρθὰν ἐκδιδικνυμένου, ὅτου καὶ Πίνδαρος τῆς ὀρθῆς μουσικῆς ἱερεύς ἐστι. Hinc emendabis *Plutarchum* de Pyth. Orac. p. 397. A. ὁ Πίνδαρος ἀκοῦσαι φησὶ τοῦ θεοῦ τὸν Κάδμον οὐ μουσικὰν ὀρθὰν, ἐχ' ἡδεῖαν, οὐδὲ τρυφερὰν, οὐδὲ ἐκκεκλασμένην τοῖς μέλεσιν. Ubi negationem post Κάδμον ejiciendam esse conjecerat etiam Reiske Animadv. vol. ii. p. 250. qui præterea ὀρθίαν malebat. Conjunctissimus cum sensu prioris fragmenti locus est apud eund. *Plutarchum* de animæ procreat. Opp. moral. p. 1030. A. ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐκκήδιον

ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς.

εὐαρμοστίαν δῆλός ἐστι τὴν ἀρετὴν ἡγούμενος, ὡς που καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος τοῦ θεοῦ φησιν ἐκ ἀνορίαν ἐκδιδικνύμενος τὸν Κάδμον. Ubi ultima verba sunt corruptissima, quæ sine libris scriptis non facile est emendare. Apparet tamen ἐκακούοντα legendum esse; nec commode locum suum negatio tueri potest, postquam forte plures voces exciderunt. (f. fuit τοῦ θεοῦ φησιν ἐκακούοντα μουσικὰν ὀρθὰν ἐκδιδικνυμένου τὸν Κάδμον.) Utrobique vero Pindarus de nuptiis Cadmi loqui videtur, quibus Apollo cum Musis affuisse dicuntur. (Quod aliquoties in Epiniciis attigit, ut Pyth. iii. 156. sqq.) Quod denique epicedium istud a *Plutarcho* laudatum attinet, decerptus est versiculus ex eo carmine, quod

in Anthol. Wechel. L. iii. p. 393. sub Leonidæ nomine legitur cum insigni verborum varietate:

Ἥπιος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς,
Πίνδαρος εὐφώνων Πιερίδων τροπόλος.

Salmasius in libro suo annotaverat: *Antipatro Sidonio tribuunt membranæ; eædem alio loco Platoni asserunt.* Inter *Platonis* epigrammata edidit ill. Brunck in Analect. Gr. Poetar. tom. i. p. 174.

## VII. (p. 36.)

*Aristides*, tom. ii. p. 125. πίπτουσας ταὐτὸν τῷ Πινδάρῳ Πηλεῖ, ὃς τῆς τε θήρας διήμαρτε, καὶ τὸν Εὐρυτίωνα φίλον ὄντα αὐτῷ προσδιέφθειρε. Ubi Scholiastes: μέμνηται ἐν Ὕμνοις Πίνδαρος, ὅτι τὸν Εὐρυτίωνα τὸν τοῦ Ἴρου τοῦ Ἄκτορος παῖδα, ἐν' ὄντα τῶν Ἀργοναυτῶν, σὺν θηρεύοντα ἄκων ἀπέκτεινε Πηλεύς· φίλον δὲ λέγει, ἐπειδὴ συγγενὴς τούτῳ ἦν· Πηλεὺς γὰρ περὶ Θέτιδος θυγατέρα Ἄκτορος τὴν Πολύμηλον (Πολυμήλη) εἶχε γυναῖκα. Ὁ δὲ Ἄκτωρ ἦν πατὴρ Ἴρου, ὃς παῖδα ἔσχε τὸν Εὐρυτίωνα. Actoris filiam Πολυμηλίδα appellat Tzetzes ad Lycophr. v. 175. Alias scripturæ varietates in hoc nomine reperies diligenter collectas apud Bachet de Meziriac *sur les Epitres d'Ovide*, tom. i. p. 41. Historiam Pelei illustrant loca *Nicandri* ap. *Anton. Liberalem*, p. 38. *Pausan.* (ii. 29.) Argolicis, p. 179. *Pindari*, Nem. iv. 90. *Etymol. M.* v. Λύκιον, quæ diligens lector comparabit. Schn. Propius ad rem spectant loca Apollodori, iii. 13. pr. et Notæ, p. 786. sq.

## VIII.

*Schol. Pindari* ad Pyth. iv. 288. Pindarum ἐν Ὕμνοις Phryxi novercam Δημοδίκην (sic corr. Δημωτικήν) appellasse tradit.

## IX.

Schol. ad Nem. vii. 116. ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἄλλοις·

Ὑφαίνω δ' Ἀμυθαωνίδαις
ποικίλον ἄνδημα.

## X.

Schol. Aristoph. ad Plutum, v. 9. καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς Πυθίας τρίποδος διαφόρως ἱστορούμενα ἐν τοῖς Πινδάρου ὕμνοις εὐκαίρως ἡμῖν διείληπται. Ubi auctor Scholii, forte Didymus, commentarios suos in Hymnos Pindari respiciebat.

## XI. (p. 37.)

*Quintilianus*, viii. 6. p. 412. ed. Gesn. "Exquisitam vero

" figuram hujus rei *(loquitur de hyperbole)* deprehendisse apud " principem Lyricorum videor in libro eo, quem inscripsit ὕμνους. " Is namque Herculis impetum adversus Meropas, qui in insula " Co dicuntur habitasse, non igni, nec ventis, nec mari, sed ful- " mini dicit similem fuisse, ut illa minora, hoc par esset."

Admoneo lectorem, ne sibi persuadeat, me omnia loca, quæcunque ex hymnis Pindari relata tradiderunt nobis grammatici, pro fragmentis hymnorum proprie dictorum venditare. Usus enim hujus nominis omnia carminum genera pervagatus est apud ipsos veteres auctores. Vide quæ Didymus in libro *de poetis lyricis* tradit in Etymol. M. v. ὕμνος, v. προσῳδία, v. προσῴδιον. SCHN. inprimis Menandr. rhet. de Encomiis in rhetor. Ald. et seorsum ed. et illustr. ab Heeren 1785. Latent forte in Hymnorum nomine comprehensa alia carmina lyrica, quæ Pindaro auctori apud Suidam tribuuntur, ut Ἀναθηφορικά. Nihil superest ex Ἐνθρονισμοῖς et Βακχικοῖς.

## ΠΑΙΑΝΕΣ. (p. 38.)

(Poetæ, qui Pæanas composuerant, antiquiores erant Pindaro Thaletas, Xenodamus, et Xenocritus. Xenodamum quidem alii ediderant Ὑπορχημάτων ποιητὴν καὶ ᾠδὴ Παιάνων, cujus etiam carmen memoratum, ait Plutarch. de Musica, p. 1134. C. quod manifeste erat ὑπόρχημα. κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς ποιήσεως καὶ Πίνδαρος. ὁ δὲ Παιὰν ὅτι διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ Ὑπορχήματα, καὶ Πινδάρου ποιήματα δηλώσει. γέγραφε γὰρ καὶ Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα.) De his Pindari carminibus in universum hæc tradit Servius ad Æneid. x. 738. *unde Pindarus opus suum, quod et hominum et deorum continet laudes, Pæanas vocavit.*

### I. Παιὰν τοῖς Δελφοῖς γραφείς.

*Pausan.* (Phocicis) x. 5. p. 810. extr. ubi de tertio Apollinis Delphici templo: τὰ δὲ εἰς τὸν τρίτον τῶν ναῶν, ὅτι ἐγένετο ἐκ χαλκοῦ, θαῦμα ὠδὶ— ὅτι καὶ ναὸν τῷ Ἀπόλλωνι ἐκ ἂν ἀπό γε τοῦ εἰκότος εἵη γενέσθαι χαλκοῦν· τὰ μέντοι ἄλλα ἐκ ἔστιν ὅθεν ὁ λόγος, ἢ Ἥφαιστον τὸν ναὸν τέχνην εἶναι, ἢ τὰ εἰς τὰς ᾠδὰς χρυσᾶς, ἃ δὴ Πίνδαρος ᾄσεσθαι ἐπ' ἐκείνῳ ναῷ.

Χρυσεῖαι δ' ἐξ ὑπερῴων ἄειδον Κηληδόνες.

(em. Κηληδόνις.) *Aureæ e lacunari* (pro templo simpl.) *canebant Celedones* (tanquam Musæ effictæ cantantium habitu. Et versum cum Hermanno constitue:)

—— χρυσέαι
δ' ἐξ ὑπερῴᾳ ἄειδον
Κηληδόνες.

ἔτος μέντοι ταῦτα ἐς μίμησιν ἐμοὶ δοκεῖν τῶν παρ' Ὁμήρῳ Σειρήνων ἐποίησαν. Eundem locum tangit Athenæus vii. p. 290. E. πρὸς τῶν θεῶν τί διαφέρειν ἔτος ὑμῖν δοκεῖ τῶν παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνων, αἱ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς Σειρῆσι τὰς ἀκροωμένας ἐποίων ἐπιλανθανομένας τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀπαναίνεσθαι. Ubi Casaubonus ignorantiam suam fateri cum Eustathio ad Odyss. μ'. p. 1709. cll. p. 1689. quam veritatem inquirere latentem maluit. Sic vero Eustathius: ὃ παύυ δὲ δῆλον, εἴτε Κηληδόνας ἐκεῖνος ἐπιθετικῶς τὰς Σειρῆνας λέγει, διὰ τὸν κατ' αὐτὰς κηληδμὸν, εἴτε καὶ ἄλλα τινὰ ᾠδικὰ δαιμόνια. Nisi homo iste ubique impuros doctrinæ rivulos consectatus, ex alieno quam suo corde sapere maluisset, facile meliora discere poterat ex Philostrati V. A. vi. 11. p. 247. ubi de hoc ipso Apollinis templo tradit: καὶ ἄλλα ἐδηδη ναῷ, καὶ μεγάλων ἤδη καὶ ἑκατομπέδων. ἐνὸς δὲ αὐτῶν καὶ χρυσᾶς ἔνγγας ἀναψαι λέγεται Σειρήνων τινὰ ἐπιχώσας (an ἐπιχώσας?) ᾠιδῷ. Ubi Olearius noster præclare fuit de Pindari loco meritus, qui recte cum Kuhnio Κηληδόνις ex Athenæo præfert; contra vero Er. Schmid in Athenæo Κηλημόνις ex *Pausania* legi volebat. Priorem virorum doctissimorum sententiam confirmat locus Galeni in Hippocr. περὶ ἄρθρων iii. tom. iii. p. 615. l. 19. ed. Bas. unde sedem fragmenti cognoscimus: καὶ Πίνδαρος φησὶν ἐν ταῖς Πλειάσι· χρυσεῖ αἱ δ' ὀξυμπτεραὶ αἱ τῷ ἄειδον Κληδόνες. (ex superioribus emendanda.) Ubi legendum Παιᾶσι Fabricius jam olim monuit. Comparavit porro Olearius, nescio qua veritatis specie, ἔνγγας illas aureas, quas *Philostratus* V. A. i. 25. p. 34. in regia Persarum suspensas fuisse tradit, ubi iterum conferendus est Olearius, qui tamen nimis argutari in tota hac disputatione videtur. Schn. Κληδόνας esse deas, Musis similes, dubitare non licet: firmatum id vides figura sedentis fœminæ lyram pulsantis, adscripta antiquis literis voce Καλιεδόνις in vase antiquo Locris reperto: edito et illustrato nuper a viro docto *Ardito* (*Illustrazione di un antico Vaso trovato nelle Ruine de Locri*. Napoli 1791. 4.) Scripserat Pindarus Pæanem in Delphorum gratiam: ad quem versus iste spectasse videtur. Schol. ad Nem. vii. 94. diserte Pæanem memorat, ubi narrat, Æginetas ægre tulisse, quod Neoptolemum cum uno e Delphis de carnibus victimarum rixas movisse narraverat: ἐκεῖνοι γὰρ ᾠτιῶντο τὸν Πίνδαρον, ὅτι γράφων Δελφοῖς τὸν Παιᾶνα ἔφη·

ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιρίαν περὶ τιμᾶν

ἀπολωλέναι. *Pugnantem cum ministris super honore ex victimæ portione debita* (v. sup. in Prosodio, p. 46.). Iterum ad v. 150. ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἰπεῖν, τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφούς.

## II. (p. 39.)

Satis probabiliter ad Pæanas referri et cum præcedenti fragmento conjungi posse videtur locus apud *Plutarchum* Consolat. ad Apoll. p. 109. A. περὶ Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου φησὶ Πίνδαρος, τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς οἰκοδομήσαντας αὐτεῖν παρὰ τῷ Ἀπόλλωνος μισθὸν, τὸν δ' αὐτοῖς ἐπαγγεῖλασθαι εἰς ἑβδόμην ἡμέραν ἀποδώσειν, ἐν τοσούτῳ δὲ εὐνοχεῖσθαι παρακελεύσασθαι· τὲς δὲ ποιήσαντας τὸ προσταχθὲν τῇ ἑβδόμῃ νυκτὶ κατακοιμηθέντας τελευτῆσαι. (Transferuntur in seqq. hæc eadem ad placidam Pindari ipsius mortem.) Templum ab ipsis exstructum memorat Pausan. x. 5. p. 811. et notas Jo. Frid. Fischeri, viri maximopere mihi colendi, ad Æschinis Dialog. iii. §. 10.

## III. (p. 40.)

Strabo, ix. p. 642. C. 643. A. de Delphis: ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλὸν προσπλάσαντες καὶ μῦθον, ὃν φησι Πίνδαρος, ὅτι συμπέσοιεν ἐνταῦθα οἱ αἰετοὶ οἱ ἀφεθέντες ἀπὸ τοῦ Διός, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς δύσεως, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς· οἱ δὲ κόρακάς φασι. Fabulam copiose narrat Schol. Pindari ad Pyth. iv. 6. qui tamen ipsius Pindari non meminit, sed simpliciter ait: λόγος τὶς τοιοῦτος περιηχεῖ. Habet eandem Claudianus xvi. 11. ubi v. Gesn. Cf. *Plutarch.* de def. orac. pr. p. 409. *Schol. Sophoclis* Œdip. Tyr. 489. *Pausan.* Phocicis, (x. 16.) p. 835. τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν λίθῳ πεποιημένον λευκῷ, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῃ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσιν οἱ Δελφοί, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦντα σφίσιν ἐποίησεν. Schn. Respicit fabulam Pindar. P. iv. 7. χρυσέων Διὸς ὀρνίχων πατρίδος Pythia. Et ὀμφαλὸν vs. 134. et v. 6. add. P. viii. 85.

## IV.

*Ammonius*, de affinium voc. differentia, voce Θηβαῖοι καὶ Θηβαγενεῖς: διαφέρουσιν, ait, καθὼς Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι τῷ πρώτῳ τῶν Παιάνων Πίνδαρε φησὶ, καὶ τὸν τρίποδα ἀπὸ τούτου Θηβαγενεῖς πέμπουσι τὸν χρύσεον εἰς Ἰσμήνιον πρῶτον. Quæ si integriora exstarent, haberemus, unde obscurissimum Pyth. xi. locum, et *Pausan.* ix. 10. explicaremus. Quæcunque vero doceri poterant de hoc loco, præcepit cl. Valken. qui malebat deleto πρῶτον legere εἰς τὸ Ἰσμήνιον. Kœnius autem ad Gregorium, p. 225. emendabat ἱερόν. Schn. Turbas hac in re facile compesces, si distinxeris duo clypeorum genera, aliud antiquiorum, aliud serius ex ære. Vid. ad Schol. Pyth. xi. 5.

## V.

*Schol. Sophoclis* ad Trachinias, v. 175. *de columbis Dodonæis:* Εὐριπίδης δὲ τρεῖς γεγονέναι φησὶν αὐτάς· οἱ δὲ δύο, καὶ τὴν μὲν εἰς Διβύην ἀφικέσθαι Θήβηθεν εἰς τὸ τοῦ Ἄμμωνος χρηστήριον, τὴν δὲ εἰς τὸ περὶ τὴν Δωδώνην, ὡς καὶ Πίνδαρος Παιᾶσιν.

## VI

*Schol. Apollonii* ad i. 1084.

Ἡ δ' ἄρ' ὑπὲρ ξανθοῖο καρήατος Αἰσονίδαο
πωτᾶτ' ἀλκυονὶς λιγυρῇ ὀπὶ θεσπίζουσα
λῆξιν ὀρινομένων ἀνέμων· συνέηκε δὲ Μόψος,
ἀκταίης ὄρνιθος ἐναίσιμον ὅσσαν ἀκούσας.

annotat ad vocem ὅσσαν: εὐλόγως δὲ ὅσσαν εἶπε τὴν ἀλκυόνος φωνήν· ὑπὸ γὰρ Ἥρας ἦν ἀπεσταλμένη, ὥς φησι Πίνδαρος. Ubi Pæanas eum respexisse patet ex iis, quæ ad v. 1086. monet: εὕληφε δὲ τὰ περὶ τῶν ἀλκυόνων παρὰ Πινδάρῳ ἐκ Παιάνων. Hinc Philostratus Icon ii. 15. p. 833. ea, quæ de Halcyonibus et Glauco Argonautis apparente tradit, ex Pindaro sumpsisse videri debet. De Glauco enim diserte *Pausanias* Bœotic. (ix. 22.) p. 754. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ συνῳδακόσιος περὶ Ἀνθηδονίων, τῷ μὲν ἐκ ἐπὶ πολὺ ἐπιλθὸν φῶσαι τὰ εἰς Γλαῦκον, Αἰσχύλῳ δὲ καὶ εἰς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσεν. De Glauco v. Athen. vii. p. 296. Not. ad Apollod. p. 416.

## VII.

*Strabo*, vii. p. 505. A. πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἕλλας, ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλούς, ὡς ὑπονοοῦσι περὶ Ὁμήρου κεῖσθαι, ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα ἐκ ἐᾷ διισχυρίζεσθαι. Similis varietas in Sophoclis Trachin. 1183. ubi cf. Schol. Etymol. M. v. Σελλοί—καὶ οἱ μὲν Ἕλλας αὐτοὺς ἐξεδέξαντο, ὡς Πίνδαρος· δεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ σ ἄρχεσθαι τὴν λέξιν Σελλούς. Pindarum laudat etiam Schol. br. ad Iliad. ω'. 234. Σελλοί, Πίνδαρος δὲ Ἕλλας αὐτοὺς κληθῆναί φησι χωρὶς τοῦ πρώτου Σ. ἀπὸ Ἑλλοῦ τοῦ δρυτόμου, ὥς φασι, πρώτου καταδείξαντος τὸ μαντεῖον. Add. Schol. Ven.

## VIII.

In unum hic conjiciam locum, quæ passim veteres ad Musicam spectantia ex Pindari Pæanibus laudant. Primum igitur Plutarchus de Musica, p. 1136. C. Πίνδαρος ἐν Παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον διδαχθῆναι. Deinde Schol. ad Olymp. i. 26. περὶ δὲ τῆς Δωριστὶ ἁρμονίας εἴρηται ἐν Παιᾶσιν ποτὲ Δώριον μέλος σεμνότατόν ἐστι. Ubi pro ποτὲ videtur ὅτι legendum esse. Idem denique Schol. ad Pyth. xii. 45. εἴρηται δὲ καὶ ἐν Παιᾶσι περὶ αὐλητικῆς. Schn. Etiam in Pæane aliquo Apollinis templum Diræensis ad Abderam meminerat Schol. Lycophr. 440. οἱ μάντεις τοῦ ἐν Δηραίοις, τόπῳ Ἀβδήρων, τιμωμένου Ἀπόλλωνος. ὃ μιμνησκεται καὶ Πίνδαρος ἐν Παιᾶσιν. (Schn. xciv.)

## ΑΙΣΜΑ ΕΙΣ ΗΛΙΟΝ ΕΚΛΕΙΨΑΝΤΑ.

Nobilissimum omnium multisque laudatum fragmentum in Solis defectum servavit nobis Dionysius Halic. de Demosth. tom. ii. p. 273. unde tamen non satis apparet, ad quod carminis genus referendum sit. (Referamus inter ea, quæ generali appellatione Αἴσματα nominabantur: ut in Pausan. iii. 25. pr. Debuere in iis latere alia aliis propriis nominibus passim frequentata; ut τὰ Παροίνια, in quorum recensum Nemeacam xi. referebat Didymus ap. Schol. ad eam Oden pr.) Ponam hic ipsa verba Lyrici, prouti fuerunt olim a summo viro, Scaligero, constituta ad Propertii iii. 4. non quod omnia in eo probem, sed ut operæ rescribendi, transponendi, immutandi parcamus; tum de ipso loco Barnesiique conatibus dicam. Ita igitur, ubi locum e Platonis Phædro recitaverat, doctissimus Rhetor: ταῦτα καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἃ πολλά ἐστιν, εἰ λάβοι μέλη καὶ ῥυθμούς, ὥσπερ οἱ διθύραμβοι καὶ τὰ ὑποχήματα, τοῖς Πινδάρου ποιήμασιν οἰκεῖα δόξειεν ἂν τοῖς ἐς τὸν ἥλιον εἰρημένοις, ὡς γ' ἐμοὶ φαίνεται·

Ἀκτὶς ἀελίᾳ πολύσκοπε,
μή σε θεῶμ' ἄτερ ὀμμάτων.
ἄστρον ὑπέρτατον, ἐν ἁμέρᾳ
κλεπτόμενον, ἔθηκας ἀμάχανον
ἰσχὺν ποταίνιον ἀνδράσι,
καὶ σοφίας ὁδόν.
ἐπισκότειον ἀτραπὸν ἐσσυμένα
ἐλαύνεις τι νεώτερον ἢ πάρος.
ἀλλά σε πρὸς Διὸς,
ἵππως Ἠοὰς, ἱκετεύω,
ἀπήμον' ἐς ὅλβον
τράποιο Θήβαις.
ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας,
πολέμᾳ δ' ἢ σᾶμα φέρεις τινὸς,
ἢ καρπῷ φθίσιν,
ἢ νιφετῷ σθένος ὑπέρφατον,
ἢ σάσιν ἁλομέναν,
ἢ πόντᾳ κενέωσιν ἀνὰ πέδον,
ἢ πάγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος
ὕδατι ζακότῳ διερὸν,

ἢ γαῖαν κατακλύσασα θήσεις
ἀνδρῶν νέων ἐξαρχῆς
γένος ἀλοφυδνόν.

*Solis lux multituens, ne te videam sine lumine! Sidus supremum, interdiu subductum, reddidisti inefficax* (5) *robur vegetum hominum, et* (obstruxisti sic) *sapientiæ viam. Per obscuram viam incedens currum agitas aliter quam antea.* (Esse hæc corrupta manifestum est.) *At te per Jovem* (10) *obtestor, equos celeres faustum in omen agas Thebis! O veneranda (Solis lux) commune prodigium (omnium terrarum) affers utique aut signum belli alicujus,* (15) *aut frugum interitum, aut nivis vim ingentem, aut perniciosam seditionem, aut maris eluviem in agrum, aut glaciem soli, aut humidam æstatem* (20) *imbre vehementi uvidam, aut terram diluvio obruens humanum iterum genus perdes.* (Subjiciam statim versus ex dimensione et emendatione Hermanni:

Ἀκτὶς Ἀελίᾳ, τί, πολύσκοπ' ἐρημω-
θεῖσα μέτρ' ὀμμάτων,
ἄρρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ
κλεπτόμενον ἔθηκας ἀμάχανον,
ἰσχὺν πολυθατὸν ἀνδράσιν,
ἢ σαφείας ὁδόν;
ἐπεὶ σκότεος ἀτραπὸν ἐσσυμένα
ἐλαύνεις τι νεώτερον ἢ πάρος.
ἀλλά σε, πρὸς Διός, ἵππως θοὰς,
ἱκετεύω ἀπήμον' ἐς ὅλ-
βον τράποιο Θήβαις.
ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας,
πολέμου δὴ σᾶμα φέρεις τινὸς, ἢ καρπῷ φθίσιν,
ἢ νιφετῷ σθένος ὑπέρφατον,
ἢ σάσιν ἁλομέναν,
ἢ πόντῳ κενέωσιν ἀνὰ πέδον,
ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ
νότιον θέρος ὕδατι ζακότῳ διερὸν, ἢ γαῖ-
αν κατακλύσασα θήσεις
ἀνδρῶν νέων ἐξ ἀρχῆς
γένος ἀλοφυδνόν.)

Versu primo Dionysius habet: τί πολύσκοπ' ἰμῆς θεῦ μ' ἄτερ. Barnesius, qui metrum a Scaligero constitutum servavit, inde effecit: πολοσκόπτ. Equidem præeunte Philostrato, mox laudando, conjeceram olim legendum: τί πολύσκοπον ἐφημώσασα μίτρον ὀμμάτων, ἄτρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ κλειτόμενον, ἴθηκας ἀμάχανον, etc. Male enim Barnesius ἴθηκας, quod Dionysius et Scaliger habent, vi ejecit, suumque ἴθηκεν substituit; sed multo ineptius etiam verba hæc Barnesius de ipso sole interpretatur: *robur ingens illud renovabile mortalibus.* Scilicet hic est ille Barnesius, quem in Græcis omnium mortalium doctissimum locuples ipse testis Hudson prædicavit! Quod vero supra de Philostrato mentionem injeci, habeto nunc tibi locum ex epistola 72. p. 949. unde emendationem meam duxi: ἐκ τῆς περὶ τὸ προσωπον γαλήνης, ἣν τί μὴ δολώσεις; ἄτρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ βλεπόμενον δόξεις· εἰ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα, κἀκεῖνό που κατὰ Πίνδαρον τὸ τὴν ἀκτῖνα τὴν ἀπὸ σου σπεῦσαν εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μίτρα. Videtur Pindaricum κλειτόμενον a Philostrato paulum immutatum, et ad aliena sensum traductum fuisse. Olearius ibi tutius tacuisset. Verba ἄτρον ὑπέρτατον laudat et Schol. Arati ad Phænom. v. 10. λέγεται δὲ καὶ ὁ ἥλιος ἄτρον ἰδίως, παρὰ δὲ Πινδάρῳ ἄτρον ὑπέρτατον. Versu 7. ἐπισκόπτειον a Scaligero positum servavit Barnesius. In Dionysio est ἐπισκόπτειν. H. Stephanus nescio unde et quo sensu recepit ἐπισκώπτειν in Fragm. Pindaricis. Post ἐσσυμένα Barnesius assuit γε, et corruptum ἐσσαμένα cum Scaligero retinuit. Dionysius enim habet: φταυὸν ἀϋδράσι— ἄτροπον ἐσσαμένα ἐλαύνειν τι νεώτερον. Unde Scal. et Barn. effinxerunt φοταίνιον — ἀτραπὸν — ἐλαύνεις. Equidem olim conjeceram: ἐπεὶ σκότους ἀτραπὸν ἐσσυμένα ἐλαύνεις τι νεώτερον, etc. Versu 9. Dionys. ἵππος i. e. ἵππους, Barnes. ἵππεις. Vulgatum τρόπαιο Sylburgius in τράπουο recte mutavit. Scaliger τρίπτοιο habet. Barnesius hæc suo more vertit. Versu 13. Dionysius habet πολέμῳ δὲς ἅμα φέρεις. Unde Scaliger nostram lectionem effinxit. Vix tamen ferri posse mihi videtur hæc viri summi emendatio, quod ἀκτὶς ἀελίου, quam poeta usque ad finem fragmenti alloquitur, dici πάγκοινον τέρας vix potest. Vide an propius ad vestigia corruptæ lectionis conjecerim: πάγκοινον τέρας δυσάμενον φέρεις. In Homero quidem πολέμοιο τέρας, Iliad. Δ. 4. interpretantur grammatici σημεῖον. Cf. ad Hesych. v. πολέμῳ τέρας. (Scabra oratio. τέρας Sol propter deliquium dici potuit. Interpungo:— τράπουο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας. Πολέμῳ δὴ σᾶμα φέρεις τινός, ἢ —). Versu 16. Dionysius habet: πόντου κινῶσιν ἀλλὰ πίδον. Unde Scaliger effecit quod supra posuimus. Barnesius vero admodum eleganter, si diis placet, emendavit: ἢ πόντου πλημμύραν ἀμπιδίον. Tentaveram olim πόντου ἀνάπτωσιν ἀλλοδαπόν. Versu 18. vulgatum ἱερὸν Scaliger et Sylb. recte in διερὸν mutarunt. Versu 19. H. Stephanus nescio unde καταλύσασα prodidit. Barnesius κατακαύσασα suum nobis offert; rectius deinde θήσει in θήσεις mutavit. Versu 20. νέων Scaliger et Barnesius nescio quibus rationibus adducti scripserunt: (cum esset νέον; quod esset respectu hominum

ante Deucalionem.) Ultimum ὀλοφυδνὸν debetur Scaligero; in Dionysio erat: ὀλοφυρ ... ubi suspicatus sum olim aliam ab ὀλοφύρομαι ductam formam latere. Ecce enim Plutarchus de Facie in Luna, p. 931. E. ὅτος Μίμνερμον ἐπάξει καὶ Κυδίαν, (?) καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τέτταις Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλιπτόμενον, καὶ μίσῃ ἅμα (ἅματι fuisse suspicor) νύκτα γινόμενον καὶ τὴν ἀκτῖνα τῆ ἥλιε σκότως ἀτρεπὲς ** φάσκοντας. Quo quidem testimonio conjectura nostra ἐπὶ σκότως ἀτρεπὲς egregie confirmari videtur. Denique idem Pindari carmen laudat Philo in fragmentis ex Eusebio, tom. ii. p. 643. ed. Mang. ubi de defectu solis: αἱ δὲ μηνύματά ἐσιν ἢ βασιλέων τελευτῆς ἢ πολέων φθορᾶς, ὁ καὶ Πίνδαρος ᾐνίξατο γενομένης ἐκλείψεως διὰ τῶν προσθεν εἰρημένων. Ubi apparet verba Pindari a Philone laudata omisisse Eusebium. Adde Plinii locum ii. 12. sect. 9. *misera hominum mente in defectibus scelera aut mortem aliquam siderum pavente, quo in metu fuisse Stesichori et Pindari vatum sublimia ora palam est deliquio solis.*

## ΕΓΚΩΜΙΑ. (p. 44.)

Laudatur hoc nomine Pindari scriptum aliquod a Suida, cujus auctoritate permotus J. Nicol. Loensis Epiphyll. vii. 18. ad verba illa Porphyrionis in istud Horatii: *Quem virum aut heroa*, etc. *hæc a Pindaro sumpsit. Continet autem hæc ode laudes deorum ac Principum Romanorum:* existimabat respexisse grammaticum Pindari locum eum, quem paulo post ex Plutarcho ponam, quemque ex libro Ἐγκωμίων sumptum esse suspicabatur vir doctissimus. Verum satis clarum est Porphyrionem innuere Olymp. ii. τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν. Plutarchi vero locus est de Gloria Atheniensium, p. 347. E. 348. A. ἡ δὲ Κόρινα τὸν Πίνδαρον ὄντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σεσαρῶς χρώμενον ἐνουθέτησεν ὡς ἄμουσον ὄντα, καὶ μὴ ποιοῦντα μύθους, ὁ τῆς ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε· γλῶσσα δὲ, καὶ καταχρήσεις, καὶ μεταφράσεις, καὶ μέλη, καὶ ῥυθμὸς ἡδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται· σφόδρα ἦν ὁ Πίνδαρος ἐπιτήδειος τοῖς λεγομένοις ἐποίησεν ἐκεῖνο τὸ μέλος·

Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον, ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,
ἢ τὸ τὼ ἄνυ σθένος Ἡρακλέος,
ἢ τὰν ——

δεξαμένη δὲ τῇ Κορίννῃ, γελάσασα ἐκείνη τῇ χειρὶ δεῖν ἔφη σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῃ τῇ θυλάκῳ· τῷ γὰρ ὅτι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπερμίαν τινὰ μύθων ὁ Πίνδαρος τὸ μέλος ἐξέχεεν. Schn.

Plenior est locus ap. Lucian. Demosth. Encom. 19. unde totum locum Schneider sic constituerat:

Ἰσμηνὰν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον, ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος,
ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν,
ἢ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέος,
ἢ τὰν Διονύσου πολυγαθέα τιμάν,
ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας ὑμνήσομεν;

(Hermannus monet, versui secundo esse addendum:

——— γένος ἢ
τὰν κ.

et mox scribendum:

ἢ τὰν Διωνύσου —)

Interpolavi *Plutarchi* locum ex *Luciano*, tom. iii. p. 505. qui v. 2. ἀνδρῶν post γένος, quod est in *Plutarcho*, omisit. Versu 4. *Plutarchus* habet: τὸ πάνυ σθένος Ἡρακλέους ὕτταν, quod ultimum verbum ex seq. versu adhæserat, quem tamen una cum sexto librarii omiserunt. *Scholiastes Luciani* mire sibi sapere visus est, cum eo loco adderet: ἀρχαὶ ταῦτα τῶν Πινδάρου τῇ μελοποιΐᾳ ὕμνων. Schol. Pindari ad Nem. x. 1. primum versum affert: παθὼς ἐν τῇ ᾠδῇ, ἧς ἡ ἀρχή· Ἰσμηνὰν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν. Habet eundem Dio Chrysost. Tarsica, i. p. 394. Quod vero ad sensum carminis, et certamen Pindari cum Corinna passim memoratum attinet, vide quæ disputavimus olim in libro *de vita et scr. Pindari*, p. 5. sqq. Schn. Ad *Encomia* refero Horatii *reges* iv. 2. 13. *seu deos regesve canit, deorum sanguinem, per quos cecidere justa Morte Centauri, cecidit tremendæ Flamma Chimæræ.* Fuere adeo in Encomiis laudes Pirithoi et Bellerophontis. Forte et de Cæneo, qui, cum vulnerari nequiret, in terram est depressus: Plutarch. de Stoicor. absurd. p. 1057. D. ὁ Πινδάρου Καινεὺς εὐθὺς ὑπεῖχεν ἀτιθάσευς ἄῤῥηκτος σιδήρου καὶ ἀπαθὴς τὸ σῶμα πλασσόμενος, εἶτα κατελὺς ἄτρωτος ὑπὸ γῆν——

——— σχίσας ὀρθῷ ποδὶ γαῖαν.

*Cum recto pede scidisset terram.*

## ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΙ. (p. 46.)

Primo statim loco proponam verba Etymol. M. quæ dithyrambos Pindari spectare non vana conjectura est. Sic igitur Grammaticus in voce διθύραμβος, p. 274. 50. Πίνδαρος δέ φησι Διθύραμβον· καὶ γὰρ Ζεὺς τιτρωμένῳ αὐτῷ ἐπιβᾶσι λυθῇ ῥάμμα, ὥ' ἦ λυθέραμμος. Etymol. Gudianum Mtum apud virum rev. L. Kulenkamp mutilata habet ea verba: Πίνδαρος δὲ ὅτι τίκτων αὐτὸς ἐπιβᾶσι ὁ Ζεύς. Schn. Proclus Chrestomath. Excerpt. ap. Sylb. ad calc. Apollonii, p. 344. εὑρεθῆναι δὲ τὸν Διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει. Spectat ad Ol. xiii. 25.

Laudem Pindari e Dithyrambis attigit Aristides in Platonica, p. 295. tom. ii. extr. Locum v. sup. p. 38.

### I.

*Etymol. M.* p. 460. 38. v. Θύραξ—ἀφ' ὃ καὶ τὸ ἐμπεπλασθαι νῦν θυραύσασθαι λέγεται—καὶ Πίνδαρος Διθυράμβων πρώτῳ·

ἀλόχῳ ποτὲ θωρηχθεὶς ἐπ' ἀλλοτρίᾳ.

*temulentus aliquando mulieri alienæ* (f. vim intulit.)—ubi nescio cur Fabricius cum Sylburgio librum primum dithyramborum nobis obtrudant. Schn.

Versum eundem recitat, sed memorabili cum varietate lectionis, Meletius de nat. hom. p. 86. (ex Lat. versione, quam solam habemus a Nic. Petreio. Venet. 1532. 4.) ubi de pectore: *Thorax igitur locus, qui alimentum accipit, est. Quidam autem vino madentem* θωρήξασθαι *dixerunt; ut Hippocrates:* λιμὸν θώρηξις λύει. *Ebrietas*, inquit, *famem solvit.* Et Pindarus in Dithyrambis: ἀλόχῳ ποτὲ

θωραχθεὶς ἐπέχεεν ἀλλότρια.

*quod facit:* "uxorem, vino quandoque madidus falsis insimulavit." Non dubito hanc lectionem veriorem censere.

### II.

*Schol. Pindari* ad Ol. xiii. 25. ὁ Πίνδαρος δέ ἐν μὲν τοῖς Ὑπορχήμασιν, ἐν Νάξῳ φησὶν εὑρεθῆναι πρῶτον διθύραμβον, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν Διθυράμβων, ἐν Θήβαις.

## III. (p. 46—48.)

Secundi dithyrambi ipsum initium, satis illud longum, ut specimen ἁρμονίας αὐστηρᾶς refert Dionysius Halic. de composit. verbor. Huds. tom. ii. p. 41. quod, ut chartæ parcam, ponam hic prouti olim a Barnesio metro restitutum fuit: ἀρχίτω δὲ Πίνδαρος, καὶ τούτῳ Διθύραμβος, ἔστιν ἀρχή·

Δεῦτ' ἐν χορὸν Ὀλύμπιοι,
ἐπί τε κλυτὰν πέμπετε Χάριν, θεοί,
πολύβατον οἵτ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα
ἐν ταῖς ἱεραῖς Ἀθήναις
οἰχνεῖτε, πανδαίδαλόν τ' εὐκλέα ἀγοράν·
ἰοδέτων λάβετε στεφάνων
τῶν ἐαροδρέπτων λοιβάν,
Διόθεν τέ με σὺν ἀγλαΐᾳ ἴδετε
πορεύσαντες ἀοιδαῖς δεύτερον
ἐπὶ κισσοδέταν θεόν,
ὃν Βρόμιον, ὃν Ἐριβόαν βροτοὶ καλέομεν.
γόνον ὑπάτων πατέρων μέλπωμεν,
γυναικῶν τε Καδμείαν Σεμέλαν.
ἐν Ἀργείᾳ Νεμέᾳ μάντιν ἐ λανθάνει
φοίνικος ἔρνος, ὁπότ'
οἰχθέντος Ὥρᾶν θαλάμου
εὔοδμον ἐπαΐωσιν ἔαρ
φυτὰ νεκτάρεα.
τότε βάλλεται,
τότ' ἐπ' ἄμβροτον χέρσον
ἐρατά τ' ἴων φόβα,
ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται.
ἀχεῖτε ὀμφᾷ μελέων σὺν αὐλοῖς,
ἀχεῖτε Σεμέλαν ἑλικάμπυκα χοροί.

*Adeste ad chorum, Olympii, et adducite inclytam Gratiam dii, vos qui frequentem populo urbis umbilicum thure odoratum in sacris Athenis* (5) *invisitis et insigne ornamentis et illustre forum: violis revinctarum coronarum, vere decerptarum, accipite libationem, et aspicite me divinitus cum honore carminum incedentem altera vice* (10) *ad deum hedera redimitum, quem*

*Bromium Eriboamque mortales appellamus. Prolem summi parentis canamus, et e mulieribus Cadmeam Semelen. Apud Nemeam Argivam vatem non latet* (15) *palmæ germen, quando, recluso Horarum thalamo, odoratum persenserint ver plantæ nectareæ. Tunc, tunc spargitur* (20) *super immortalem terram amabilis violarum crinis, rosæque comis miscentur. Canite voce carminum cum tibiis; canite Semelen redimitam diademate ô chori.*—Singula nunc videamus verba. Igitur v. 1. Hudsoni codd. male præferebant ἴδιτ'. Versum 5. vertit H. Stephanus: *loco aprico situm*, ut adeo εὐαλίου legisse videatur Uptono ad h. l. Potius ναυδιήλου dixisset! V. 6. cod. Hudsoni λοδίτης λαίχετι, et v. 7. ἰαριδρότων præferunt. V. 9. malim ποριν-θίντα—ἀοιδᾶν ex vulgato ποριν θίντις efficere, quod pessime mutavit Barnesius. (f. ποριν θίντ' ἐν ἀοιδαῖς pro σὺν Pindarico more.) Ex voce δεύτερον recte Uptonus conjecturam duxit de ordine, quo olim fragmentum hoc inter reliquos Pindari dithyrambos legebatur. V. 10. codd. ἐπὶ τὸν κισσοδότην. Malim κισσόδιτον. V. 11. codd. τὸν βρόμιον ἐριβόαντε: quam lectionem probaverim. V. 12. codd. ὑπαίτιον μὲν—μέλπε γυναικῶν τε Καδμείαν ἴμολον. Vulgo ὑπάτων τε—μέλπομεν. (fuisse videtur ὑπάτε ματέρος.) V. 14. codd. νεμέᾳ. (qui *vates ad Nemeam* sit, non intelligo.) V. 20. codd. ἀμβρότων χθόν' ἰρώταν ἴον φοβεραί τε κόμαισι μίγνυται. V. 23. Dionysii edd. habent ὑμνεῖτ' ὀμφᾷ—ὑμνεῖτε Σεμέλαν. Codices vero, qui οἰχνεῖτ' ὀμφαῖς—οἰχνεῖτε præferunt, vestigia conservarunt veræ lectionis, quam nos Pindaro ex Apollonii Dyscoli Syntaxi, p. 223. l. 8. restituimus. Cf. ibi Sylburg. Laudat is ex Lyrico nostro verba: οἰχεῖται ὀμφαὶ μελίαν σὺν αὐλοῖς, quod ex Bœotorum more dictum vult pro οἴχονται. Sed decipi vir bonus se passus est ab exemplaris sui vitio. Tenemus igitur cubile corruptelæ, ubi caput monstrosi illius οἰχνεῖτε latet; legendum enim in Pindaro οἰχεῖτε, quod et in altero versu repetendum est. Apollonium errantem secutus est *Politus* ad Eustathii tom. iii. p. 1072. Schn. Videndus de hoc carmine Hermannus ad Olymp. viii.

## IV. (p. 49.)

Strabo vii. p. 494. C. 495. A. ubi docet Bœotos olim etiam Ταντας dictos fuisse: ὡς δὲ Πίνδαρος φησί·

Ἦν ὅτε ὗας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον.

quem eundem locum Schol. ad Olymp. vi. 152. ex dithyrambis afferens σύας—ἔλεγον habet, quorum prius legitur etiam apud Galenum Suasoria ad Artes, c. 7. Cf. Schol. Apollonii ad iii. 1241.

## V. (p. 48.)

Strabo, ix. p. 620. A. Ἔτι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν

ἀριστερᾷ ἡ Τανάγρα, ἐν δεξιᾷ κεῖται ἡ Ὑρία. καὶ ἡ Ὑρία δὲ τῆς Ταναγραΐδος οὖν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος, ὅτε ὁ Ὑριεὺς μεμύθευται, καὶ τῇ Ἱππίου γένεσις, ὃν φησι Πίνδαρος ἐν τοῖς Διθυράμβοις. Quem locum nescio quo jure inverfit Eustathius, tom. ii. p. 528. ed. Politi. (ad B. 496. p. 264. extr. Rom.) Nam reliquarum urbium, praeter Thespias et Tanagram, vix vestigia obscura et nomina Strabonis aetate restabant, quod et ipse testatus est. Cum Strabonis testimonio vide qua ratione conciliari possit Hyginus Astron. c. 34. *Aristomachus autem dicit quendam Hyriea fuisse Thebis, Pindarus autem in insula Chio.* Denique ad Pindarum auctorem referendum esse mihi persuasi locum ap. Lucianum pro Imag. c. 19. ὡς τὸν Ἱππίου κύνα ἱσταμένῳ ἴδῃ σωστὴς λιθοτοδάμαν αὐτόν.

## VI. (p. 51.)

Strabo x. p. 719. A. B. ubi de Corybantibus: (ut doceret Graeca et Phrygia a poetis esse confusa, Bacchum cum Cybele:) ὅτι γοῦν Πίνδαρος ἐν τῷ Διθυράμβῳ ᾧ ἡ ἀρχή·

Πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτονίαστ' ἀοιδαὶ διθυράμβῳ.

μνησθεὶς δὲ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὕμνων, τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν ὑστέρων, μεταβὰς ἀπὸ τούτων φησί·

Σοὶ μὲν κατάρχει, μᾶτερ, πάρα
μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐνδέκ' ἀχλαΐδων κρόταλα,
αἰθομένα δὲ δαὶς ὑπὸ ξανθῇσι πεύκαις.

τὴν κοινωνίαν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἀποδεχθέντων νομίμων παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τῶν παρὰ τοῖς Φρυξὶ περὶ τὴν Μητέρα τῶν θεῶν συνοικειῶν ἀλλήλοις. De posteriore loco prius dicam. Igitur in editione Almelovenii leguntur hi versus ex Casauboni emendatione ita restituti: "σοὶ "μὲν καταρχαὶ, μᾶτερ, πάρα—ἐν δὲ καχλαίδων κρόταλα, αἰθομένα τε δαὶς "ὑπὸ ξανθῆς πεύκαις." (*sunt tibi, Mater, initia, magni rhombi, cymbalorumque crepitacula, et fax ardens fulvae pinus.*) Quae quidem viri summi conjecturae cum nondum satisfecissent Ez. Spanhemio, ipse ad Callimach. p. 299. emendari jussit: ἐν δὲ παλλακῶν κρόταλα, ut sint παλλακοὶ *cinaedi;* quod quidem commentum, licet satis ambitiosis verbis exornatum, ipsi relinquimus. Felicius evenit conjiciendo magnus ille Jac. Reiske in Notis ad Antholog. Cephalae, p. 37. ubi legit:

Σοὶ μὲν καταχεῖ, μᾶτερ, πάρα
μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
ἐν δὲ καχλάσδον κρόταλον,
αἰθομένα τε δαὶς ἐπὶ ξανθαῖσι πεύκαις.

*Apud te, ô matér deûm, circum sonant aures magni rhombi* (ursæ) *cymbalorum, et simul crepitans crotalum, et ardens flamma super flavis tædis pineis.*—Initio καταχεῖ pro καταχῦσι defendit ex schemate Pindarico, quod Grammatici tradiderunt; sed σοὶ παρὰ καταχεῖ nimis mihi durum videtur. Alterum καχλάσδει mire animo meo abblanditur.

Priora dithyrambi verba laudat etiam Dionysius Hal. de Structura Orat. s. Composit. verb. (p. 23. Huds.) p. 100. ed. Upton. 1747. ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ σίγμα—εἰσὶ δέ, οἷ ἀσίγμως ᾠδὰς ὅλας ἐτόλμων. ἦλοι δὲ τοῦτο Πίνδαρος ἐν οἷς φησι· πρὶν μὲν ἔρπε σχοινοτενὴς φορμίντα διθυράμβων, καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀνθρώποι. Ubi Hudsoniana codicum collatio nihil nos adjuvat. Athenæus vero xi. p. 467. A. B. ita: οἱ γὰρ μουσικοὶ, καθάπερ πολλάκις Ἀριστόξενός φησι, τὸ σίγμα λέγειν παρητοῦντο διὰ τὸ σκληρότερον εἶναι καὶ ἀνεπιτήδειον ᾀδῇ—καὶ Πίνδαρος δέ φησι· πρὶν μὲν ἔρπε σχοινοτενίᾳ τὰ οἶδα καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀπὸ στομάτων. Clearchus ibid. x. p. 448. D. καθάπερ οἱ ἄσιγμοι τῶν γεῖφων, ὧδιν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ Σ ἐτόλμησεν ᾠδὴν ἅπασι γεῖφι τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προσλαβόντος. Tertium laudatur Lyrici hic locus x. p. 455. C. Πίνδαρος δὲ πρὸς τὴν διασιγματισθεῖσαν ᾠδὴν, ὡς ὁ αὐτὸς φησι Κλέαρχος, οἷονεὶ γεῖφι τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προσληφθέντος, ὡς πολλῶν τότε προσιεμένων διὰ τὸ δυνατὴν (an ἀδύνατον?) εἶναι ἀποσχίσθαι πρὶν μὲν ἔρπε σχοινοτονίᾳ τὰ οἶδα καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀνθρώποι. Quæ quidem verba ne Casauboni quidem ingenium satis emendata dare potuit. Pindari tamen locum vir summus ita constituebat: πρὶν μὲν ἔρπε σχοινοτενὴς τ' ἀοιδὰ καὶ τὸ σὰν κίβδηλον, ἀνθρώπους ἀπὸ στομάτων. *Prius tamen cadebant prolixæ dithyramborum vocales et impurum* Σαν, *ô mortales.* Sed ipse vir doctus sibi non satisfecit; quare et nos aliorum acumini emendandum difficillimum locum relinquimus. Schn.

Non video quid reprehendas in antiqua lectione: πρὶν μὲν ἔρπε σχοινοτενὴς τ' ἀοιδὰ διθυράμβω. *Olim incedebat in longum extenta,* soluta, *oratio dithyrambi;* tum altero versu: καὶ τὸ Σὰν κίβδηλον ἀπὸ στομάτων, *et male procusum San ore prolatum.* De Pindari ᾠδῇ ἀσίγμῳ. usu τοῦ Sigma, et controversia super ejus usu inter Atticos et Thebanos, nota res ex Eurip. Medea, 476. et Sch. ad e. l. ubi v. laudd. a Barnes. Muret. Sylb. et Upton. ad Dionys. l. c. cum Merrick. multisque aliis, et disputata nuper a Bottigero in *Attic. Museo,* tom. ii. p. 346. Eustath. ad Hom. p. 1335. 52.

Hermannus monuit et ipse scribendum esse:

πρὶν μὲν εἶρπε σχοινοτενὴς τ' ἀοιδὰ διθυράμβῳ
καὶ τὸ σὰν κίβδαλον ἀνθρώ-
ποισιν ἀπὸ στομάτων.

De altero autem fragmento se dicturum esse significat ad Ol. viii.

Locum ex *Meletio* de Nat. hom. quem Schneider ad calcem Fragmentorum Dithyrambi memoraverat, mox libro inspecto in

præfat. ad Analecta critica, p. 27. accuratius appesuerat, v. sup. ad no. i. p. 35. Alium locum ex Aristid. tom. ii. p. 52. v. inf. Fr. Inc. (clxiv. Schn.)

## VII. (p. 48.)

Harpocration voce παλιναίρετος—ἐπὶ δὲ τῶν καθαιρεθέντων οἰκοδομημάτων, καὶ ἀνοικοδομηθέντων Πίνδαρος ἐν Διθυράμβοις. (proprie de eo quod iterum fuit probatum, adeoque reparatum.) Eadem Suidas h. v. Cf. doctiss. Ruhnken ad Timæi Glossar. Platonic. p. 147. Photius in Lexico Mto: Πίνδαρος δὲ ἐν διθυράμβοις—ἐχρήσατο τῇ λέξει.

## VIII. (p. 49.)

Etymol. M. p. 675. 33. v. Πλειάς—λέγει δὲ Πίνδαρος περὶ αὐτῶν κατὰ ἀριθμόν· ὅτι τῆς Πλειόνης συνοικούσης μετὰ τῶν θυγατέρων κατὰ τὴν Βοιωτίαν ἐφίστησιν αὐτῇ Ὠρίων, ὅτε ἐρασθεὶς ἔρριψεν ἐπὶ τὸ αἰρεῦσαι, τὴν δὲ φεύγουσαν μετὰ τὰς θυγατρὸς Ὠρίων ἰδίᾳ· γενέσθαι δὲ αὐτῶν τὸν ἀριθμὸν πέντε ἕτη ἀδιάλειπτον· τὸν δὲ Δία ἕνα τὴν κακοπάθειαν αὐτῶν οἰκτεῖραι μήματα κατηστερίσαι τὰς Πλειάδας φευγούσας τὸν Ὠρίωνα, ὃς ἐστι ἑπτακτός. Quorum partem habet etiam Eustathius ad Homer. p. 1155. Hinc vero intelliges Schol. Pindari ad Nem. ii. 16.

τρεχέτω (Ὠρίων) δὲ μετὰ Πληϊόναν, ἅμα δὲ αὐτῷ κύων.

δοκεῖ γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν Πίνδαρον ἐρασθῆναι αὐτῆς ὁ Ὠρίων, καὶ διώκειν αὐτὴν ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις, i. e. ἔτεσι, qui erat tum loquendi usus.

## IX. (p. 50.)

Schol. Pindari ad Pyth. ii. pr. καὶ γὰρ καὶ ἄλλας πολείους λιπαρὰς καλεῖ, ὥστε τὴν Σμύρναν·

Καὶ λιπαρῷ Σμυρναίων ἄστει.

καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐν Διθυράμβοις·

Τὰν λιπαρὰν μὲν Αἴγυπτον ἄγει κυήμων.

καὶ τὰς Θήβας δέ που οὕτε λιπαράς·

Λιπαρᾶν τε Θηβᾶν μέγαν σκόπελον.

ubi illud ἄγει κυήμων sanum præstare nolim. (f. μυάμων.)

## X.

*Schol. Aristoph.* ad Acharn. v. 637. Πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἰαμάλους.—παρὰ τὰ ἐν τῶν Πινδάρου Διθυράμβων.

Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι.

***Splendidæ et violaceis sertis coronatæ.*** (Non enim accipiam *pingues* e joco Aristophanis, aut ex Sophistæ Philostrati acumine. λιπαρᾶν ὑμνήμαντ' ἀπ' Ἀθανᾶν Pindar. dixit Nem. iv. 29. et idem Thebas λιπαρὰς, ut modo ix.) add. ibid. 639. Iterum Equit. v. 1326. ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἁρπαλίωτοι Ἀθῆναι. Schol. ait: ἀπὸ Πινδάρου παρῴδηται. Idem denique ad Nubes, v. 298. ubi est: ἴλθωμεν λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος, ἱερὰν ἕδραν γᾶν Κέκροπος ὀψόμεναι πολυήρατον. Schol. Πίνδαρος· λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι. Suidas voc. ἰοστέφανοι: Πίνδαρος· λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι. Eodem allusit *Philostratus* Icon. ii. 12. p. 830. (cf. Wesseling. Probab. p. 42.) Lucianus in Demosth. Encom. 10. p. 498. ἐκ Ἀθηνῶν μὲν αὐτῷ πατρὶς, αἱ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα; Libanius Apol. Socratis, tom. i. p. 657. et adv. Æschin. tom. ii. p. 688. Athen. v. p. 187. D. Pleniorem locum ante oculos habuit, modo quæ Pindari sunt illibata apposuisset! *Plutarchus* de Gloria Athen. p. 350. A. ταῦτα τὴν πόλιν ἤγειρεν εἰς δόξαν, τοῦτα εἰς μίγιθος. ἐν τούτοις Πίνδαρος ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος προσεῖπε τὰς Ἀθήνας,—ὅτι πρῶτον, ὡς φησιν αὐτὸς, ἐπ' Ἀρτεμισίῳ παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεινὴν κρηπῖδ' ἐλευθερίας, ἐπί τε Σαλαμῖνι καὶ Μυκάλῃ καὶ Πλαταιεῦσι, ὅστις ἀδαμάντινοι, (quasi ipsi pro adamantinis fulcris essent,) στηρίξαντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος, παρέδοσαν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. Cf. inf. Fr. Inc. e Plutarch. p. 552. B. Aristid. in Panath. tom. i. p. 96. Himerius, Or. xv. 2. v. Wernsd. Præterea memorabilis est locus *Pausaniæ* in Atticis, (l. 8.) p. 20. καὶ Πίνδαρος, ἄλλα τε ἐν ὕμνοις παρὰ Ἀθηναίων καὶ τὴν εἰκόνα, ὅτι σφᾶς ἐπήνεσεν ἄσμα ποιήσας. Ne vero de justo carmine cogites, quo Pindarus Athenarum laudes celebraverit, impediunt verba Libanii in Apol. Socr. tom. i. p. 657. μισθὸς τοῦτό γε τῶν εἰς τὴν πόλιν ἐπαίνων βραχίων δή τινων ὄντων. Sed plura etiam Pindarus ab Atheniensibus præter imaginem obtinuerat, ut constat ex his epistolæ quartæ Æschineæ (jam sup. in Carmen ad Diagoram memoratæ) verbis: ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Μιλησίοις ἑκάστοτε ἀκούειν λέγοντος· αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα, Ἀθῆναι, καὶ ὅτι Πινδάρῳ τῷ Θηβαίῳ τὸ ἔπος τοῦτ' εἴη λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος. οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι δικλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν μετὰ τῆς εἰκόνι χαλκῆ τιμῆναι, καὶ ἦν αὕτη καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι πρὸ τῆς βασιλείας στοᾶς, καθήμενος ἐνδύματι καὶ λύρᾳ ὁ Πίνδαρος, διάδημα ἔχων, καὶ ἐπὶ γυναίων ἀνειλγμένον βιβλίον, etc. Mulctam definit nescio quo auctore Tzetzes ad Hesiod. p. 104. b. ὁμοίως καὶ Πίνδαρος χιλίας δραχμὰς ἐξέτισε Θηβαίοις, ὅτι τὰς Ἀθήνας Ἑλλάδος ἔρεισμα γεγράφηκεν. Contra negarunt ei Thebani statuæ honorem, ut est apud Athenæum, i. p. 19. De tempore, quo scripta hæc in laudem Athenarum credibile est, disputavimus olim de *vita et scriptis Pindari*, p. 38. sqq. Cf. etiam Erasm. Schmid ad Isthm. p. 21. Schn. Collegit iterum loca vir doctus in Bibl. Crit. P. ix. p. 49. In Pindaro scriptum esse debuit Ἀθῆναι. Nec vero fragmentum

laudatum locus est unicus: nam Ἀθᾶναι λιταραὶ occurrunt quoque in Isthm. ii. 30. et Nem. iv. 29.

## ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ ΑΔΗΛΑ.

# FRAGMENTA

## QUÆ UNDE PETITA SINT INCERTUM EST.

### I.

(*Herodotus*, iii. 38. καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι. *Lex omnium rex est.* Alludit idem ad dictum hoc lib. vii. 104. ubi Demaratus ad Xerxen de Lacedæmoniis: ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες, ἀ πάντα ἐλεύθεροί εἰσι· ἔστι γάρ σφι δεσπότης νόμος. Dictum vulgatissimum: de cujus sensu inter veteres et recentiores est disputatum. Laudatum hinc a multis, primo loco a Platone.)

### II.

(Apud *Platon.* in Gorgia, p. 484. B. (tom. iv. p. 81.) Callicles ait naturæ lege fortiorem jus facere: δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἄπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυσθαι ἐν τῷ ᾠδῷ ἐν ᾗ λέγει, ὅτι νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων. ἄγει δὲ δή, φησίν, ἄγει βιαίως τὸ δικαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί. τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους· ἐπεὶ ἀπριάτας—λέγει ἔστω πως. τὸ γὰρ ᾆσμα οὐκ ἐπίσταμαι. λέγει δή, ὅτι ἔστι πριάμενος, ἔστε δόντος τοῦ Γηρυόνου, ἐλάσατο τὰς βοῦς· ὡς τούτῳ ὄντος τοῦ δικαίου φύσει, καὶ βοῦς καὶ τἆλλα κτήματα εἶναι πάντα τοῦ βελτίονός τε καὶ κρείττονος τὰ τῶν χειρόνων καὶ τῶν ἥττόνων. Eodem redit Socrates, p. 488. B. πῶς φὴς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίνδαρος, τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν βίᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἥττόνων, καὶ ἄρχειν τὸν βελτίω τῶν χειρόνων, καὶ πλεῖον ἔχειν τὸν ἀμείνω τοῦ φαυλοτέρου. Secundum hæc in Gorgia verba, sententia Pindari fuit: Νόμον esse jus fortioris erga imbellem ab ipsa natura constitutum; idque Herculis exemplum Geryonem aggressi declarare. Hoc tamen adversatur sensui, quem alii tribuunt verbis a se laudatis: Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, *ut legis summam esse auctoritatem et imperium* innuant. Venit itaque Fraguerio in mentem, Pindari verba in aliam sententiam esse detorta: quod parum probabile visum Reiskio, etsi ei, illum refutanti, non

omnino assentiar, Animadvv. vol. iii. p. 435, 6. ubi miro modo Pindari locum refingit e Clementis loco infra adscribendo. Enimvero nec verba Pindari integra Plato eo loco apposuit. Vide ea, quæ apud Aristidem leguntur adversus Platonem disputantem loco infra adscribendo, et in Schol. Pindari ad Nem. ix. 35.

Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί.

Diversis modis verba jungi possunt: 1. ὁ νόμος ἄγει τὸ β. h. e. τὸ βίαιον, *lex regit vim.* Ita vulgo accipitur. 1. ut τὸ β. sit pro βιαίως. 1. ut subjectum sit τὸ βιαιότατον (h. τὸ βίαιον, ἡ βία), νόμος, τὸ πάντων βιαιότατον,—ἄγει ὑπερτάτᾳ χειρὶ, δικαιῶν, *justum esse censens hoc.* Ita adduçaris forte in eam opinionem, in Gorgia ut censeas ejiciendam esse vocem τὸ δικαιότατον post ἄγει βιαίως. At in Gorgia est inverse νόμος ἄγει τὸ δίκαιον, *regit*, facit, *jus*, βιαίως, *per vim.* Convenit alter locus de LL. iv. p. 714. E. καὶ ἴσμεν ἅπαντες κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἄγειν δικαιότατα τὸ βιαιότατον ὡς φάναι. De LL. iii. p. 690. C.—κατὰ φύσιν δὴ τὴν τοῦ νόμου ἰόντων ἀρχήν, ἀλλ' ὦ βίαιον, ἀνοφυκυΐαν. In Protagora, p. 337. D. Hippiæ verba: ὁ δὴ νόμος, τύραννος ὢν τῶν ἀνθρώπων, πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν βιάζεται. Conviv. p. 196. C. (tom. x. p. 215.) ἃ δ' ἄν τις ἐκὼν ἰόντι ὁμολογήσῃ, φασὶν οἱ πόλεως βασιλεῖς νόμοι δίκαια εἶναι. Placuit hoc aliis in sententiam generalem convertere: *legi omnia parere.*

Secundum hæc Chrysippus περὶ Νόμων apud Marcianum in Digestis, lib. i. tit. 3. de Legibus: ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Inde plures versu Pindarico modo palam modo tecte usi sunt. Et primo loco Euripid. Hec. 799. Ἡμῖς μὲν ὧν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως. Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χ' ὑπὲρ κείνων κρατῶν Νόμος.—Aristot. Rhet. iii. 3. τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους. Commentatur in eum Dio Chrysost. Or. lxxv. de Lege; ubi et: ὅθεν οἶμαι καὶ βασιλεὺς εἰκότως ἀνθρώπων καὶ θεῶν κέκληται. Et Jamblichus in Epistola ap. Stob. Serm. xliv. p. 535. Wech. Plutarch. in Demetr. p. 909. E. νόμος δὲ πάντων βασιλεύς, κατὰ Πίνδαρόν, ἐστι. Et tom. ii. p. 780. C. ad Princip. indoct. τίς ἂν ἄρξαι τοῦ ἄρχοντος; ὁ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, ὥς φησι Πίνδαρος. Add. Clemens Alex. Strom. i. p. 427. l. 5. Pott. ὁδὸς βιαιότητος ἐλέγχει παιδεία.

Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν καὶ ἀθανάτων·

λέγει Πίνδαρος. Non sequar Reiskium l. c. ut priora pro Pindari verbis habeam, et cum eo locum interpolare velim, ut Pindarus scripserit: ὁδὸς βιαιότητος ἐλέγχει παιδεία νόμου—Idem, lib. ii. p. 438. l. 30. νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων. Origenes contra Celsum s. 34. adscripsit tantum locum Herodoti.)

Integriorem locum Pindari affert *Aristides* Orat. Platonic. tom. ii. p. 52. (ubi contra Platonem disputat, maxime ad locum

in Gorgia, contendens, rhetorica ipsas leges et judicia indigere:) de Rhetorica: ὃ τὸν Πινδάρου νόμον τιμῶσα—ὧδὶ ταῦτ' ἐκάλυσα· νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων λέγει (leg. ἄγει) δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί· τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέος· ἐπεὶ ἀπριάτας· ὃ γὰρ φὴς ὅλως μεμνῆσθαι· ἴσχε δὲ ὅσως μηδὲ τούτων, μὴ ὧν ἐπὶ ῥητορικῇ γε· ἀλλ' ἄχρι μὲν τούτου καὶ ἡ ῥητορικὴ λέγει· "νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων·" τὰ δὲ ἑξῆς οὐκ ἔτι ταὐτὰ—ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, ἄγει τὰ δίκαια πρεσβεύειν, καὶ τοὺς ἐν ὕβρει θρασεῖς κολάζειν· εἰ γὰρ ἀξιώσει τὸ βιαιότατον (*legem violentissimum quodque æquum reddere*) νόμον εἶναι τὸν δικαιοῦντα, καὶ τὴν ὑπερτάτην χεῖρα κρατεῖν Ἡρακλέους, ὧ μετὰ τῆς χειρὸς τῶν δικαίων ἐμέλησεν, αὐτὴ τοῖς ἑαυτῆς λόγοις ἀπολεῖται· τίς γὰρ τόπος λοιπὸν ἢ χρεία ῥητορικῆς ἢ λόγων, εἰ τὸ δίκαιον ἢ χεὶρ ὁρίζει, καὶ μηδὲν πλέον ἴσαι τῷ δυναμένῳ διδάξαι περὶ τοῦ πράγματος—δοκεῖ δέ μοι Πίνδαρος, εἴ τι δεῖ περὶ τοῦ ἄσματος εἰπεῖν, οὐκ εἰσηγούμενος, ὧδὶ συμβουλεύων σκευὴν ταῦτα λέγειν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ὥσπερεὶ σχετλιάζων· "τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέους αὐτοῖς" ὅτι καὶ ἐτέρωθι μεμνημένος περὶ αὐτῶν ἐν διθυράμβων τινί· σὲ δ' ἐγὼ παρ' ἁμὶν, φησὶν, αἰνέω μὲν, Γηρυόνη· Τὸ δὲ μὴ Διῒ φίλτερον σίγημι πάμπαν. (Editi libri σιγῶμι, scripti μὴ πάμπαν·) ὃ γὰρ εἰκὸς, φησὶν, ἁρπαζομένων τῶν ὄντων καθῆσθαι παρ' ἑαυτῷ, καὶ κακὸν εἶναι. καί τοι τόγε πρὸς νόμον, καὶ ταῦτα ἀνθρώπων ἅμα καὶ θεῶν βασιλέα, μάχεσθαι, ἐκ ἂν ἐπαινεῖν πρὸς Πινδάρου, ὧδὲ συμβουλεύειν πρὸς κέντρα λακτίζειν· αὐτὸς γὰν τὸ τοιοῦτον κίνδυνον ὁλισθηρὸν αἶμον, καὶ κελεύει φυλάττεσθαι. Scholiastes ad h. l. σὲ δ' ὦ Γηρυόνη ἐπαινῶ παρ' αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα· ὁ μὲν γὰρ τὰ ὄντα αὐτῷ ἀφείλετο ἐν βιαίᾳ χειρὶ, σὺ δ' ὡς ἀδικούμενος μάχῃ πρὸς αὐτὸν ἦρας, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἀτόδεκτος. ἵνα δὲ μηδεὶς αὐτῷ εἴπῃ, ὡς Διὸς βουλῇ τοῦτο γέγονε, πῶς ἂν αὐτὸς πρὸς Ἡρακλέα δυσχεραίνεις; ἐπάγει· ὁ δὲ Ζεὺς οὐκ ἀποδέχεται, καὶ αὐτὸς σιγῶ. Schn. Collegere loca intpp. ad Hesych. in Νόμος ὁ πάντων βασιλεύς. Item Potter. ad Clement. p. 427. Alios Wettstein. ad Ep. Jacobi ii. 8. laudat. Item Fraguier in *Hist. de l'Acad. d. Inscr.* tom. iii. p. 165. sq. Valken. ad Herodot. iii. 38. p. 205. Adde inter deos relatum Νόμον.

Jam versus habe constitutos ab Hermanno:

νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς
θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ἄγει
δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ
χειρί· τεκμαίρομαι
ἔργοισιν Ἡρακλέος.

Et sequentia:

—— σὲ δ' ἐγὼ παρ' ἁμῖν

αἰνέω μὲν Γηρυόνη· τὸ δὲ μὴ Διΐ
φίλτερον σίγημι πάμπαν.

Scribendum est Διΐ sine punctis diæreseos, quia monosyllabum hic est, ut alibi sæpius.

## III.

*Plato* de Rep. i. p. 330. E. 331. A. τῷ μηδὲν ἑαυτῷ (ἄλλῳ addit Stobæus, qui h. l. exscripsit, p. 756.) ξυνειδότι ἠδεῖα ἐλπὶς αἰεὶ παίρειν, καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος, ὡς καὶ Πίνδαρος λέγει. Χαριέντως γάρ πω τῶν ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι ὃς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγῃ,

γλυκεῖα οἱ καρδίαν ἀτιτάλλοισα γηροτρόφος ξυναορεῖ
ἐλπὶς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύτροφον γνώμαν κυβερνᾷ.

*Quicunque juste sancteque vitam exegerit, dulcis eum cor nutriens, senectutem fovens, comitatur spes, quæ maxime mortalium volubilem animum gubernat.*—Ad hunc locum alludunt Plutarch. Moral. p. 477. B. αἱ καλαὶ πράξεις ἔχουσι—τὴν μνήμην ἡδίστην καὶ βεβαιοτάτην τῆς Πινδαρικῆς γηροτρόφου ἐλπίδος. p. 480. B. Synesius de Insomniis, p. 149. ed. Petav. ubi χηροτρόφος ἐλπὶς legitur; Nicephorus Gregor. in Annal. viii. 8. tom. i. p. 207. ad Andromachum sen. Imp. καὶ κυβερνᾷς, κατὰ Πίνδαρον, τὰν πολύτροφον γνώμαν ἰκάνων, καὶ διατίθης, ὅπως ἂν σχοίη τὰ πράγματα βέλτιστα. Ex Platone sua hausit Themistius Orat. viii. pr. p. 101. καὶ ἐπαινῶ Πίνδαρον τὸν ποιητὴν, ὡς ἄρα ὁ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐν ἀγχιθύρῳ μοίρᾳ τὸ προελθεῖν εἰς χρόνον πολὺν τὸν βίον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ζῆν μετὰ δικαιοσύνης προαιρουμένοις, καὶ τούτοις ἐλπὶς γλυκεῖα συνδιαιτᾶται, καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος παραπέμπουσα μετ' εὐφροσύνης εἰς τὸ τῆς φύσεως καταγώγιον. Suspicor, hoc fragmentum ad Θρήνους referendum esse. Schn. Versus restituit Hermann.

γλυκεῖά οἱ καρδίαν ἀτιτάλλοισα γη-
ροτρόφος ξυναορεῖ
ἐλπὶς, ἃ μάλιστα θνατῶν
πολύτροφον γνώμαν κυβερνᾷ.

## IV.

Plato de Rep. ii. p. 365. B. ubi adolescens quis audierit dicta de virtutis vitiique præmiis—λόγοι γὰρ ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τό·

πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβὰς
καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ;

*Utrum justitiæ conscendam altum murum,* (munimentum, turrim,) *an obliquæ fraudis? et ita munitus vitam agam?*—Hæc respiciens Cicero ad Att. xiii. 38. *nunc me juva, mi Attice, consilio, πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, id est, utrum aperte hominem aggrediner et repuam.* (Non quasi ὕψιον per *aperte* declaretur. ὕψιος est quod vulgo ὑψηλός.) ἢ σκολιᾶς ἀπάτας. Ut enim Pindaro, sic δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν. Sunt et hæc Pindarica; habet ea quoque Dionys. Hal. de composit. verb. tom. ii. p. 40. l. 4. et Maximus Tyrius, Dissert. xviii. pr. p. 208. (aliis xv. et ii.)

πότερον δίκα τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις
ἀναβαίνει ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων,
δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν.

Ubi vulgo δίκας—σκολιᾶς ἀπάτας. Sed Davisius ex Harlei. et Reg. mutavit; cui favet Attici Platonici locus ap. Eusebium, P. E. xv. 5. *placitum de providentia regere vitam humanam* ἴσγε μὴ μέλλοιμεν ἀγνοεῖν, πότερον δὴ κατ' ἴχνος (leg. πότερον δίκα τεῖχος) ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθονίων γένος ἀνδρῶν. Plato Republ. ii. p. 424. E. (f. p. 365. B. unde sup. jam locus Pindaricus fuit appositus, p. 81.) et Cicero ad Att. xiii. 38. habent πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας verbis Pindari ad rem suam deflexis. H. Stephanus malebat ἐπιχθονίων, ut est in Eusebio; sed Davisius contra stat.

Extrema fragmenti verba

δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν

respicit Dionysius Halic. loco laudato a Victorio V. L. xxii. c. ix. p. 406. Schn. p. 54. I. Cf. supra in Platonicis locis: de Rep. ii. Dionys. Halic. de composit. verb. p. 40. l. 4. ed. Huds. Hermann. metrum sic disponit:

—— πότερον δὴ κατ' ἴχνος
ὕπτιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις
ἀναβαίνει ἐπιχθονίων γένος ἀνθρώ-
πων, δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν.

## V. (p. 96. cxxix.)

Plato in Theæteto, tom. i. p. 173. D. de eo, cujus animus in rerum abditarum et subtilium investigationem implicitus est, a rebus, quæ in sensus cadunt, avocatus: ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ ἀτιμάσασα, πανταχῇ φέρεται κατὰ Πίνδαρον

τάτε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπερθεν γεωμετρῶσα, ὠρανῶ τε ὕπερ ἀστρονομῶσα,

καὶ πᾶσαν πάντη φύσιν ἱστορημένην τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἴς τι τῶν ἐγγὺς ἰδίᾳ αὐτὴν συγκαθιεῖσα. *Mens—quaquaversum volat, secundum Pindarum, quæ sub terra sunt et quæ supra, dimetiens, et supra cælum sidera exquirens, et omnem ubique rerum unius cujusque totius naturam perscrutans, in eorum, quæ prope sunt, nihil se demittens.*—Ubique editur et legitur τὰ ἐπίπερθεν, quod esse debet ὕπερθεν vel ἰφύπερθεν. Porro pro ϖανταχῆ φέρεται vera lectio Pindari fuit ϖίτασται: quæ etiamnum servata est apud Eusebium, P. E. xii. p. 602. (353. Steph.) et xiii. p. 672. Porphyrius de Abst. i. 36. p. 62. ed. Rhoer. ϖίτεται, quod etiam præfert Codex Mtus Jamblichi Protreptic. p. 85. Lipsiæ a Schneidero collatus. Verum Pindarica vox est ϖίτασται. Clemens Alex. Strom. v. (p. 249. ed. Victor.) p. 707. Pott. lin. 4. in loco e Platone adscripto laudat h. l. ita: αὐτὸς δὲ ϖίτασται κατὰ Πίνδαρον τᾶς τε γᾶς ὑπένερθεν, ὠρανῶ τε ὕπερ ἀστρολογῶν, καὶ ϖᾶσαν ϖάντη φύσιν ἱστορούμενος. Sic etiam Theodoret. Sermo xii. de Virtut. Act. p. 667. B. ed. Par. tom. iv. ubi pro καὶ τὰ ἐπίπερθεν est καὶ τὰ ἐπίγεια γεωμετρῶσα. Quod et Jamblichus habet l. c. et ϖᾶσαν, sed Cod. Ms. ϖάντη. Porro Theodoret. ὠρανός τε ὑπερασπομῶσα. In Porphyrio Codex Meermannianus et Lipsiensis præbent καὶ κατὰ Πίνδαρον, quasi ϖίτασται Platonis etiam esset. Antoninus Philosophus, ii. 13. ὠδὶν ἀθλιώτερον τῷ ϖάντα κύκλῳ ἐκπεριέρχομένῳ καὶ τὰ νέρθεν γᾶς, φησὶν, ἱστοροῦντος, καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον διὰ τυμάρσιος ζητοῦντος, μὴ αἰσθομένῳ δὲ, ὅτι ἀρκεῖ ϖρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτῷ δαίμονι εἶναι καὶ τοῦτον ὑγιαίνοις διεξαπνέιν. Ad quem locum plura recitat Gataker. Galenus in Suasoria ad Artes, cap. i. ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς γῆς νέρθεν καὶ τὰ ὕπερθε τῷ ὠρανῷ κατὰ Πίνδαρον ἐπισκοπεῖν. De reliquis Platonis verbis in loco supra allato vide Rhoer. ad Porphyr. l. c. Valken. Diatribe in Fragm. Euripid. p. 27. Schn. Valkenarius locum Platonis laudans φέρεται non attigit, et ἐπίπερθεν recitat; at in fine mutat:—τῶν ὄντων, ὅλως εἴς τι—

## VI.

Idem Plato passim e Pindari Carminibus Epiniciis, quæ habemus, recitat: in Euthydemo, p. 304. B. ἄριστον τὸ ὕδωρ. De Rep. iii. p. 408. B. de Æsculapio narrata Pyth. iii. 96. sq. in Phædro pr. ἀσχολίας ϖερᾶγμα ὑπέρτερον ϖοιήσασθαι ex Isthm. i. pr.

## VII. (p. 54. ii.)

*Polybius*, Hist. iv. 31. 6. et pleniora *Stobæus*, Serm. ccxxiv. de Vita quieta, p. 742. ed. Wechel. Serm. lvi. p. 373. Gesn.

Τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ καταθείς,

ἐρευνασάτω μεγαλάνορος ἀσυχίας
ἱερὸν φάος, σάσιν ἀπὸ ϖραπίδος
ἐπίκοπον ἀνέμων, ϖενίας δότειραν,
ἐχθρὰν κυροτρόφον.

*Civitatem unus civium quisque in tranquilla constituere studens exquirito magnanimæ quietis almum jubar, discordiam ex animo evellens infestam, egestatem afferentem, inimicam nutricem puerorum.*—Polybius præmittit hæc: ὐδὲ γὰϱ Θηβαίους ἐπαινῦμεν κατὰ τὰ Μηδικὰ, διότι τῶν ὑπὲϱ τῆς Ἑλλάδος ἀποϛάντες κινδύνων τὰ Πεϱσῶν εἵλοντο διὰ τὸν φόβον· ὐδὲ Πίνδαϱον τὸν συναποφηνάμενον αὐτοῖς ἄγαν τὴν ἡσυχίαν διὰ τῶνδε τῶν ϖοιημάτων·

τὸ κοινόν τις ἀϛῶν ἐν εὐδίᾳ τιθεὶς
ἐρευνασάτω μεγαλάνορος ἀσυχίας
τὸ φαιδρὸν φάος.

δόξας γὰϱ ϖαϱαυτίκα ϖιθανῶς εἰϱηκέναι μετ' οὐ ϖολὺ ϖάντων αἰσχίϛην εὑϱέθη καὶ βλαβεϱωτάτην ϖεϖοιημένος ἀϖόφασιν. Quæ hæc eventa fuerint, non subjecit. Versu 4. H. Stephanus ἐπικότων, et v. 5. κουϱοτρόφων edidit in fragmentis Pindari; utrumque male. Arcesilaus apud Stobæum, p. 772. huc alludere videtur, cum dicit ϖιθάνην ἀγαθὴν κουροτρόφον. Pro ἀνίμων legendum olim conjeceram ἀνέλκων *de vita et scriptis Pindari*, p. 38. Schn. ἀλαλκον Jacobs *Bibl. der alten Literat.* ii. St. p. 43. Lenior medela erit ἀνελῶν, ipse civis. Et nunc video sic jam legisse Grotium, in quo etiam ἐπίκοτον, *infestam*. In Florileg. p. 223. Herm. ita disponit:

τὸ κοινόν τις ἀϛῶν ἐν εὐδίᾳ καταθεὶς
ἐρευνασάτω
μεγαλάνορος ἀσυχίας ἱερὸν φάος,
σάσιν ἀπὸ ϖραπίδων ἐπίκοπον ἀνελῶν,
ϖενίας δότειραν ἐχθρὰν κουροτρόφον.

## VIII.

*Apollodorus:* in Biblioth. ii. 4. 2. laudatur Pindarus: sed in loco interpolato. V. notas ad e. l. p. 300.

## IX. (p. 81. lxxiii.)

*Dionysius Halic.* de Orator. antiquis, tom. ii. p. 128. ἀλλὰ γὰϱ οὐ μόνον

——— ἀνδϱῶν δικαί-
ων χϱόνος ϖωτὴϱ ἄϱιϛος

κατὰ Πίνδαϱον, ἀλλὰ καὶ τιχῶν. . . .

X. (p. 75. lx.)

*Apollonii* Lexicon Homericum, p. 582. (t m. ii. p. 482.) ξεινοδόκος. ξενοδόχος, ὁ τοὺς ξένους ὑπωδιχόμενος. ὁ δὲ Πίνδαρος

ξεινοδόκησέν τε δαίμων

ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησεν—φησὶν οὖν Σιμωνίδης· "ξεινοδοκῶν δ' ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν "αἰθέρι λαμπρὸς" ἀντὶ τῦ μαρτυρῶν. Etymol. M. et Gudianum Mtum ξενοδόκος—Σιμωνίδης δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι τινὲς τὸν ἐπιμάρτυρα ἐξεδέξαντο. Σιμωνίδης· ξεινοδόκησε Τελαμών· ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε· καὶ Πίνδαρος·

ξεινοδοκῶν δ' ἄριστος χρυσὸς ἐν αἰθέρι λάμπων

ἀντὶ τῦ μαρτυρῶν. Ubi Etymologicum Mtum Askewii apud S. R. Kulenkamp habet αἰὼ pro ἐν. Male. Photius in Lexico inedito recte cum Apollonio priorem locum Pindaro, posteriorem vero Simonidi tribuit, itidemque τε δαίμων exhibet, ut monuit Alberti ad Hesychii ξενοδοκῶν—μαρτυρῶν. Sententiam meam de possessione prioris loci Simonidi adjudicanda confirmat Epigramma Simonidis ap. *Plutarch.* de Herodoti Malign. p. 872. (nunc et in Analect. tom. i. p. 129. xxiii.)

Οὔτε τὼ Γλαύκοιο Κορίνθιον ἄσυ νέμοντες,
οἳ τὸν κάλλιστον μάρτυν ἔθεντο τώνων
χρυσοῦ τιμήεντος ἐν αἰθέρι ——

Eodem modo usi sunt veteres quidam scriptores verbo ἐπιξενοῦσθαι. Vide ad Hesych. h. v. Schn. In altero versu Simonidi vindicato lege: ξεινοδοκῶν δ' ἐς ἄριστος. Nisi fuit ξενοδοκῶν χρυσὸς δ' ἀ' ἄριστος ἐν αἰθέρι λάμπων.

XI. (p. 91. cix.)

*Strabo*, iii. p. 232. B. de Lusitanis: ποιοῦσι δὲ καὶ ἑκατόμβας ἑκάστου γένους Ἑλληνικῶς, ὡς καὶ Πίνδαρος φησί·

